Thyone

Lycurgus Thraci rex q; furra b  
cum negaret: uires q; maderet  
dedecus. cura sibi aufertur



Corde metus ducit: facilem tamen æsona coniunx  
In scrobibus cruor & largus pblegethontis aperti  
Stagnat bonos. seuoq; uocat grandæta tumultu  
Thessalis exanimis atauos: magnoq; nepotem  
Pleiones et iam tenues ad carmina uultus  
Extulerat. mestosq; tuens natumq; nurumq;  
Talia libato pandebat sanguine cretheus.  
Mite metus . uolat ille mari. quantumq; propinquat  
Iam magis atq; magis uariis stupet acta deorum  
Prodigiis. q̄tumq; truces oracula colchos  
Heu quibus ingreditur fatis. qui gentibus horror  
Pergit. mox scithiæ spoliis nuribusq; superbus  
Adueniet. cuperem ipse graues tum rumpere terras.  
Sed tibi triste nefas: fraterna; turbidus arma  
Rex parat. & seuos irarum concipit ignes.  
Quin rapis hic: animã & famulos citus effugis artus  
I meus es iam te in lucos pia turba silentum:  
Secretisq; ciet uolitans pater eolus aruis.  
Horruit interea famulum clamore supremo  
Mesta domus. regemq; fragor per menia differt.  
Mille ctere manus & iam dare iussa uocatis  
Flagrantes aras uestemq; nemusq; sacerdos  
Precipitat. subitisq; pauens circumspicit æson  
Quid moneat: quam multa leo cunctatus in arcta  
Mole uirum rictuq; genas & lumina pressit.  
Sic curæ subiere ducem: ferrum ne capessat  
Imbelle: atq; æui senior gestamina primi.  
An patres regniq; acuat mutabile un'gus.  
Contra effusa manus: herensq; in pectore coniunx.  
Me quoq; ait casus comitem: quicumq; propinquat  
Accipies. nec fata trabam: natumq; uidebo  
Te sine. sat cæli patiens: cum prima per altum  
Vella dedit: potui quæ tantum ferre dolorem.  
Talia per lachrymas. & iam circumspicit æson  
Perueniat quo sine minas: quo fata capessat

1  
Digna fatis. magnos obitus natūq; demumq;  
Et genus eolum: pugnataq; poscere bella.  
Est etiam ante oculos eum rudis altera proles  
Ingentes animos: & fortia discere facta  
Quem uelit: atq; olim læti meminisse paterni.  
Ergo sacra nouat. ueteris sub nocte cupressi  
Sordidus & multa pallens ferrugine taurus  
Stabat adhuc: cui ceruleæ per cornua uicte:  
Et taxi frons hirta comis. ipse eger anhelans  
Impatiensq; loci: uisq; exteritus umbra  
Hunc sibi precipuum gentis de more nefande  
Thessalis in seros ditis seruauerat usus  
Ter geminam tum placat heram. stygiasq; supremo.  
Obscurat igne domos. iam iam exorabile retro  
Carmen agens neq; n. ante leues niger aduehit ūbras  
Portitor & cunctæ primis stant faucibus orci.  
Illum ubi terrifici superesse in tempore sacri  
Conspexit: statuit letho. supremaq; fatur  
Ipse manu tangens damnati cornua tauri.  
Vos quibus imperium iouis: & non segne per actum  
Lucis iter mihi conciliis mihi cognita bellis  
Nomina magnorum fama sacrata nepotum:  
Tuq; excite parens umbris: ut nostra uideres  
Funera: & oblitos superum parere dolores  
Da placidæ mihi sedis iter. meq; hostia uestris  
Conciliet premissa locis. tu nuntia fontum  
Virgo ioui: terras oculis quæ prospicis equis  
Ultricesq; dee fasq; & grandæua furorum  
Pena parens meritis regis succedite tectis.  
Et seuas inferte faces. lacer effera raptet  
Corda pauor. nec sola mei graui affore nati  
Arma ratemq; putet classesq; & pontica signa:  
Atq; indignatos temerato littore reges  
Mente agitet: semperq; metu de currat ad undas  
Arma ciens. mors sera uiam: tentataq; claudat





Effugia: & nostras nequeat precurre diras,  
Sed reduces iam iamq; uiros: auroq; coruscum  
Cernat iter. stabo insultans: & ouantia contra  
Ora manusq; feram. tum uobis si quod in ausum  
Arcanumq; nefas: & adhuc incondita loethi  
Mors superest: date fallaci pudibunda senectæ.  
Exitia indecoresq; obitus. non Marte nec armis  
Aut nati precor ille mei dignatus ut unq;  
Ense cadat. quæ fida manus: quæ cara suorum  
Diripiat: laceretq; senem. nec membra sepulchro  
Contegat. hæc noster de rege piacula sanguis  
Adstitit. & nigro fumantia pocula tabo  
Contigit ipsa graui furiarum maxima dextra.  
Illi quidæ exceptum pateris hausere cruorem.  
Fit fragor irumpunt sonitu: qui seua ferebant  
Imperia: & strictos iussu regilibus ensis.  
In media iam morte senes suscitæq; læto  
Lumina & undanti reuomentem ueste cruorem  
Sumat. & heu cunctæ quas misit in equora gentes  
Conspiciunt. primoq; rudem sub limine rerum  
Te puer. & uisa pallantem morte parentum  
Diripiunt: adduntq; tuis. procul horruit æson  
Excedens. memoremq; tulit sub nubibus umbram  
Cardine sub nostro rebusq; ad cisa supernis  
Tartarei sedet aula patris. non illa ruenti  
Accesura polo uictam si uoluere molem  
Ingenti iacet ore chaos: quod pondere fessam  
Materiem lapsamq; queat consumere mundum.  
Hic geminæ eternum portæ: quarum altera dura  
Semper lege patens populos regesq; receptat  
Ast aliam tentare nefas. & tendere contra  
Rara & sponte patet: si quando pectore ductor  
Vulnera nota gerens galeis prefixa rotisq;  
Cui domus: aut studium mortales pellere curas.  
Culta fides. longeq; metus. atq; ignota cupido.

2  
Seu uenit inuittis. castaq; in ueste sacerdos.  
Quos omnes lenis plantis & lampada quassans  
Progenies at lantis agit. lucet uia late  
Igne dei: donec siluas & amena piorum  
Deueniant camposq;: ubi sol totumq; per annum  
Durat aprica dies: tbyasiq; choriq; uirorum:  
Carminaq;: & quorum populis iam nulla cupido.  
Has pater in sedes eternaq; menia natum  
Inducitq; nurum. tum porta q̄ta sinistra  
Pena docet maneat peliam: quo limine monstrat.  
Mirantur tantos strepitus: turbamq; ruentem:  
Et loca: & in feros almæ uirtutis honores:

*liber secundus*

*ASAGRA*

Nterea scelerum luctusq; ignarus iason  
Alta secat. neq; n. patrios cognoscere caus  
Iuno finit medius ardēs ne flectat ab udis  
Ac temere i peliā & adhuc obstāna regis  
Fata ruat: placitosq; deis neu deserat actus.  
Iamq; freto summas equatum pelion ornos:  
Templaq; pisææ mergunt obliqua dianæ.  
Iam sciathos subsedit aquis. iam longa recessit  
Sepias. attolit tondentes pabula in agnes  
Campus equos uidisse putant dolopeia busta:  
Intrantemq; miryn. curuas quesita per oras  
Aequora flumineo cuius redeuntia uento  
Vela legunt remis insurgitur. inde salutant  
Eurimēnas. recipit uelumq; fretumq; reuersus  
Auster: & in nubem myniis repetēbus altum  
Ossa redit. metus ecce deum damnatq; bello  
Pallene circunq; uident immania monstra  
Terrigenum cælo quondam aduersata gigantum:



Quos scopulis trabibusq; parens miserata iugisq;  
Induit. & uersos extruxit in ethera montes.  
Quisq; suas in rupe minas pugnamq; metusq;  
Seruat adhuc. quatit ipse hyemes: & torquet ab alto  
Fulmina crebra pater. scopulis sed maximis illis  
Horror abest sicula pressus tellure typhæus.  
Hunc profugum & sacras reuomētē pectore flāmas  
Ut memorant presum ipse comis neptunus ī altum  
Abstulit: implicuitq; uadis. totien q; cruenta  
Mole resurgentem: torquentemq; unguibus undas  
Sitanium dedit usq; fretum. cumq; urbibus ethnam  
Intulit ora premens: trux ille eiectat adæsi  
Fundamenta iugi. pariter tunc omnis anhelat  
Trinacria: in iectam fesso dum pectore molem  
Commouet experiens: gemituq; reponit inani.  
Iam ꝑ hyperionius metas maris urget hiberi  
Currus & enectæ pronō laxantur habenæ  
Erberē: cum palmas thētys grandeua sinusq;  
Sustulit: & rupto sonuit sacer equore titan.  
Auxerat hora metus iam se uertentis olympi:  
Ut faciem raptosq; simul montesq; locosq;  
Ex oculis: circumq; graues uidere tēbras.  
Ipsa quies rerum: mundi q; silentia terrent.  
Astraq; & effusis stellatus crinibus ether  
Ac uelut ignota captus regione uiarum:  
Noctiuagum qui carpit iter: non aure quiescit  
Non oculis. noctisq; metus niger auget utriq;  
Carnous. & occurrens umbris maioribus arbor.  
Haud aliter trepidare uiri. sed pectora firmant  
Hignades: non hanc inquit sine numine pinum  
Dirigimus. nec me tantum tritonia cursus  
Erudiit sepe ipsa manu d'gnata carinam est.  
At non experti: subitus cum luce fugata  
Horruit hymbre dies: q̄tis prob iuppiter austris  
Restitimus: q̄ta quotiens & palladis arte.

In casum decimæ cecidit tumor arduus undæ  
Quin agite o forii. micat immutabile cælum:  
Puraq; nec grauido surrexit cynthia cornu.  
Nullus in ore rubor. certusq; ad talia titan  
Integer in fluctus & in imo decidit euro.  
Adde quod in noctem uenti cæloq; mariq;  
Incumbunt magis. it tacitis ratis ocior auris.  
Atq; adeo non illa sequi mibi sidera monstrant:  
Que delapsa polo reficit mare tantus orion.  
Iam cadit irato iam stridet in equore perseus.  
Sed mibi dux uetitis qui numq; conditus undis  
Axe nitet serpens: septenosq; implicat ignes.  
Sic ait. & certi memorat qui uultus olympi  
Pleiones: hyadumq; locos: quo sydere uibret  
Ensis: & acteus niteat qua luce bootes.  
Hæc ubi dicta dedit: cereris tum munere fessas  
Restituunt uires: & parco corpora baccho.  
Mox somno cessere. regunt sua sidera puppem.  
Iamq; sub eoae dubios atlantidis ignes  
Albet ager: motiq; truces ab ouil. bus urfi  
Tuta domosq; petunt. raras & littus in altum  
Mittit aues: cum primus equis exegit anhelis  
Phæbus atton. mediasq; diem dispersit in undas.  
Certatim remis agitur mare. rostraq; cursu  
Prima tremunt. & iam summis uulcaria surgit  
Lemnos aquis: tibi per uarios defleta labores  
Ignipotens. nec te furiis & crimine nostrum  
Terra fugat: meritiq; piget meminisse prioris.  
Tempore quo primum fremitus in surgere opertos  
Celicolum: & regni sensit nouitate timentes  
Iuppiter: æthereæ nec stare silentia pacis:  
Iunonem uolucris primam suspendit olympo  
Horrendum chaos ostendens penasq; baratri.  
Mox etiam pauidæ tentantem uincula matris  
Soluere prurpti uulcanum uertice cæli



Deuoluit. ruit ille polo. noctemq; diemq;  
Turbinis in morem lemni cum littore tandem  
Insonuit. uox inde repens ut perculit urbem:  
Ad cliuem scopulo inueniunt miserentq; fouentq;  
Alternos egro cunctantem poplite gressus.  
Hinc reduci superas postq; pater annuit arces:  
Lemnos cara deo: nec fama notior etnæ  
Aut lipares domus. has epulas hæc templa per acta  
Egide: & horridi formatis fulminis alis  
Letus adit. contra ueneris stat frigida semper  
Ara loco: meritas postq; dea coniugis iras  
Horruit. & tacite martem tenuere catenæ.  
Quo circa struit ille nefas. lemnoq; merenti  
Exitium furiale mouet. neq; enim alma uideri  
Iam tunica aut tereti crimen subnectitur auo.  
Sidereos diffusa sirus. eadem effera & irgens  
Et maculis suffecta genas: pinumq; sonantem  
Virginibus stygiis: nigramq; simillima palmam.  
Iamq; dies: aderat: thracas qui fuderat armis  
Dux lemni puppes tenui cõtexere canna  
Ausus: & induto cratem descendere tergo.  
Leta mari tum signa refert: plenasq; mouebat  
Armentis nuribusq; rates. & barbara uestis  
Et torques insigne loci. sonat equore clamor.  
O patria o uariis coniunx nunc anxia curis  
Has agimus longi famulas tibi premia belli.  
Cum dea se piceo per surdum turbida nimbo  
Precipitat: famamq; uagam uestigat in unbra  
Quam pater omnipotens digna atq; indigna canentē:  
Spargentemq; metus placidis regonibus arcet  
Aetheris: illa fremens habitat sub nubibus imis.  
Non herebi non diua poli: terrasq; fatigat  
Ouas datur. audentem primi spernentq; fouentq;  
Mox omnes agit. & motis quatit opida linguis.  
Talem diua sibi scelerisq; doliq; ministram

2  
Quærit auens. uidet illa prior. iamq; aduolat ultro  
Impatiens. iamq; ora parat. iam suscitatur aures.  
Hanc super intendit uenus. atq; his uocibus implet.  
Vade age: & equoream uirgo delabere lemnon.  
Et cunctas mihi uerte domos: precurrere qualis  
Bella soles: cum mille tubas armataq; campis  
Agmina: & in numerum flatus contingis equorum.  
Adfore iam luxu: turpiq; cupidine captos  
Fare uiros: carasq; toris inducere thressas.  
Hæc tibi principia. hinc rabidas. dolor undiq; matres  
Imstimulet. mox ipsa adero. ducamq; parat. s.  
Illa abit: & mediam gaudens defertur in urbem.  
Et primam eury-nomen ac proxima linina codri  
Occupat: exesam curis castumq; cubile  
Seruantem. manet illa uiros famulasq; fatigat.  
Littoribus tardi repetant quæ tempora belli  
Ante thorum. & longo mulcent in somnia penso.  
Hinc dea cum lachrymis & nota ueste necra  
Ista genas. utinam non hic tibi nuntius essem  
O soror. aut nostros inquit prius unda dolores  
Obruat: in tali quoniam tibi tempore coniunx  
Sic merite uotis: quem tu fletuq; requiris.  
Heu fuit. & captæ indigno famulatur amore.  
Iamq; aderunt. thalamisq; tuis thressa propinquat.  
Non fama: non arte colus: non laude pudoris  
Par tibi. nec magni proles preclara dorycli.  
Picta manus: ustoq; placet sed barbara mento.  
Attamen hos tales forsam solabere casus.  
Tu talamis fatoq; leges meliore penates.  
Me tua matris egens: damnataq; pellice proles  
Exanimat: quam iam miseros transuersa tuentem:  
I etalesq; dapes: infectaq; pocula cerno.  
Scis simile: ut flammis simus genis adde cruentis:  
Quod patrium seruire dabis. iam lacte ferino:  
Iam ueniet durata gelu. sed me quoq; pulsam



Fama uiro nostrosq; toros ingrata tenebit  
Et plastro directa nurus sic fata querelas  
Abscidit: & curis pauidam lachrymisq; reliquit  
Transit ad iphinonœn. huiusdemq; amubaonis implet  
O leniq; domum furis. totam inde per urbem  
Personat: ut cunctas agitent expellere lemno  
Ipsi urbem thresseq; regant. dolor iraq; surgit.  
Obuia queq; eademq; trahitq; auditq; neq; ulli  
Vna fides. tum uoce deos tum quietibus implet.  
Oscula iamq; toris: atq; oscula postibus ipsi.  
Ingeminant. lachrymisq; iterum uisusq; morantur.  
Profiliunt. nec testa uirum talamosq; reuisunt  
Amplius. ad glomerant sese nudisq; sub astris  
Condensæ fletus acuunt. ac dira precantur  
Coniugia: & stygias infanda ad federa te das.  
Has inter medias dryopes in imagine ueste  
Flet uenus. & seuis ardens dea planctibus istat.  
Primaq; sarmaticas utinam fortuna dedisset  
Insedisse domos: tristesq; habitasse prunas.  
Plaustra sequi: uel iam patriæ uidisse per ignes  
Culmen agi. stragemq; deum. nam cætera belli  
Perpetimur. me ne ille nouis me destinat amens  
Seruitiis. urbem aut fugiens natosq; relinq;  
Non prius ense manus: raptoq; armabimus igne?  
Dumq; silent ducuntq; noua cum coniuge somnos:  
Magnum aliquid spirabit amor. tunc ignea torquens  
Lumina: precipites excussit ab ubere natos.  
Illic arreptæ mentes: euictaq; matrum  
Corda facer ueneris gemitus rapit. equora cunctæ  
Prospiciunt. simulantq; choros: delubraq; festa  
Fronde tegunt: lectæq; uiris uenientibus adsunt.  
Iamq; domos mensasq; petunt discumbitur altis  
Porticibus sua cuiq; furens festinaq; coniunx.  
Adiacet. inferni qualis sub nocte baratri  
Accubat atonitum phlegyam & thesea iuxta

2  
Tisiphone seuasq; dapes & pocula libat:  
Tormenti genus. & nigris amplectitur hydris.  
Ipsa uenus quassans undantem turbine pinum  
Adglomerat tenebras. pugneq; adcinctâ trementem  
Desinat in lemnon. nimbis & luce fragosa  
Prosequitur polus: & tonitru pater aget honoro.  
Inde nouam pauidas uocem furibunda per auras  
Congeminat qua primus athos. & pontus. & ingens  
Thracia palus: pariterq; toris exhorruit omnis  
Mater: & astricto riguerunt ubere nati.  
Accelerat pauor. & geticis discordia damens  
Estabulis artæq; genis pallentibus iræ.  
Et dolus. & rabies. & lati maior imago  
Visa truces exerta manus: ut prima uocatu  
Intonuit singumq; dedit mauortia coniunx.  
Hic aliud uenus: & multo magis ipsa tremendum  
Orsa nefas. gemitus fingit uocelq; cadentium:  
Irrumpitq; domos. & singultantia gestans  
Ora manu: taboq; sinus perfusa recentis:  
Arrectasq; comas. meritis en prima reuertor  
Vltâ toros. premit ecce dies. tum uerbere uictas  
In thalamos agit: & cunctantibus inuenit exses.  
Vnde ego tot scelerum facies: tot fata iacentium  
Exequar: heu uatem monstris quibus intulit ordo?  
Que se aperit series. o qui me uera canentem  
Sistat: & hac nostras exsoluat imagine noctes?  
Inuadunt aditus: & quodam cara suorum  
Corpora. pars ut erant dapibus uinoq; soporos:  
Pars conferre manus: etiam magnisq; paratæ  
Cum facibus: quosdam insomnes & cuncta tuentes:  
Sed tentare fugam: prohibetq; capessere contra  
Arma metus. adeo ingentes inimica uideri  
Diua dabat. notaq; sonat uox coniuge maior.  
Tantum oculos pressere uiri: uelut agmina cernant  
Eumenidum: ferrum ue super bellona coruscet.



Hoc soror. hoc coniunx. propiorq; hoc nata. parentq;  
Sæua ualet. pressosq; thoris mactatq; trahitq;  
Femineum genus: immanes quos sternere besti:  
Nec getice potuere manus: aut æquoris iræ.  
Hic cruor in talamis: & anabela in pectore sūmant  
Vulnera: seq; toris misero luctamine trunci  
Deuoluunt diras aliæ ad fastigia thedas  
Iniiciunt: adduntq; domos. per signibus atris  
Effugiunt propere. sed dura in limine coniunx  
Obsidet. & uiso repetunt. incendia ferro  
Ast alie thressas labem: causamq; furorū m  
Diripiunt. mixti gemitus clamorq; precantum  
Barbarus. ignotæq; implebant ethera uoces.  
Sed tibi nunc quæ digna tuis ingentibus ausis  
Ora feram: decus & patriæ laus una ruentis  
Hypsipbile non ulla meo te carmine dictam  
Abstulerint: durent latiis modo secula fastis:  
Iliaciq; lares: tantiq; palatia regni.  
Irrueruant actæ pariter natæq; nurusq;.  
Totaq; iam sparsis exarserat insula morstris.  
Illa pias armata manus. fuge protinus urbem  
Meq; pater. non hostis ait non mœnia lasi.  
Thracas habet. nostrū hoc faciū. ne qre quis auctor:  
Iam fuge. iam dubiæ donum rape mentis. & ensē  
Tu potius miserere tene. tunc excipit artus:  
Obnubitq; caput. tacitumq; ad conscia bacchi  
Templa rapit. primoq; manus a limine tendens  
Exime nos sceleri pater: & miserere piorum  
Rursus ait. tacita pavidum tunc sede locauit  
Sub pedibus dextraq; dei. latet ille receptus  
Veste sacra. uoces chorus & trichterica reddunt  
Aera somnum. fixæq; fremunt in limine tygres.  
Regina ut roseis auroram surgere bigis  
Vi sit: et infomni lassatas turbine tandem  
Conticuisse domos: stabilem quando optima facta

2  
Dant animum: maiorq; piis audacia cœptis  
Serta patri inuenisq; comam uestesq; lyei  
Induit. & medium curru locat aeraq; circum  
Tympanaq; & plenas tacita formidine cistas.  
Ipsa sinus hederisq; ligat famularibus artus:  
Pampineamq; quatit uentosis ictibus hastam  
Respiciens. teneat uirides uelatus habenas.  
Vtq; pater niuea tumeant ut cornua mitra.  
Et sacer ut bacchum referat scyphus. impulit acri  
Tum ualidas stridore fores. rapiturq; per urbem  
Talia uoce canens. linquet o mibi cede madentem  
Bacche domum. sine fedatum te fumere pontus  
Expriet. & referam lotos in templa dracones.  
Sic medios egræssa metus. facit ipsa uerendam  
Nam deus. & flatu non inscia gliscit anbelo.  
Iamq; senem tacitis seua procul urbe remotum  
Occulerat siluis. ipsam sed conscius ausi  
Nocte dieq; pavor: fraudataq; turbat erumnis.  
Non similes. iam ferte choros. semel orgia fallunt.  
Audet. non patrios furtis accedere saltus.  
Et fuga diuersas misero querenda per artes.  
Visa ratis seuz defecta laboribus undæ:  
Quam tethy longinqua dies glaucoq; repostam  
Solibus: & canis urebat luna pruinis.  
Huc genitorem altæ per opaca silentia noctis  
Precipitem siluis rapit. & sic mesta profatur.  
Quam genitor patriam? qtas modo linqis inani  
Pube domos? prob dira lues. prob noctis acerbe  
Exitium. talin possum te reddere puppi  
Care parens? possum tantis retinere periclis?  
Soluiumus heu secum furtis scelus. annue uotis  
Diua: soporiferas quæ nunc trahis equore bigas.  
Non populos. non dite solum: non ulla parenti  
Regna peto. patria liceat decedere terra.  
Quando ego seruato mediam genitore per urbem



Leta ferar' quando hic lacrimas planctusq; uidebo?  
Dixerat . ille procul trunca fugit anxius alno:  
Taurorumq; locos delubraq; læua dianæ  
Aduenit. hic illum tristi dea preficis aræ  
Ense dato. mora nec terris tibi longa ciuentis  
Iam nemus ægeriæ: iam te ciet altus ab alba  
Iuppiter: & soli non mitis aricia regi.  
Arcem nata petit: quo iam manus horrida matrum  
Congruerat. rauco fremitu sedere parentum  
Natorumq; locis. uacuaq; in menibus urbis  
Iura nouant. donant solio sceptrisq; paternis  
Vt meritam: redduntq; piæ sua premia menti.  
Ecce procul ualidis lemnon tendentia remis  
Arma notant. rapitur subito regina tumultus  
Cociliumq; uocat. non illis obuia tela  
Ferre: nec infestos dederat furor improbus ignes.  
Ni ueneris seuas fregisset mulciber iras.  
Tunc etiam uates phœbo dilecta polyxo  
Non patriam non certa genus: sed maxima testis  
Protheaq; ambiguum phariis referebat ab arctis  
Huc rexisse uias. iunctisq; sub equora phocis  
Sepe finis secondit aquis. cunctataq; paulum  
Surgit. ut auditas referens ingurgite uoces  
Portum demus ait. nobis hæc credite puppis  
Aduenit. & leuior lemno deus equore flexit  
Huc minias. uenus ipsa uolens dat tempora iungit  
Dum uires utero: maternaq; sufficit etas.  
Dicta placent. portatq; preces ad littora grais  
Iphinoe. nec turba nocens. scelerisq; recentis  
Signa mouent. tollitq; loci cytherea timorem.  
Protinus ingentem procerum nomine taurum  
Deicit: insuetis & iam pia munera templis  
Reddit. & hac prima ueneris calet ara iuuenca.  
Ventum erat ad rupem: cuius pendentia nigris  
Fumant saxa iugis: coquiturq; uaporibus aer.

2  
Substitit esonides. atq; hic regina precari  
Hortatur. causasq; docens: bec antra uidetis:  
Vulcaniq; ait ecce domos date uina preceq;  
Forfitan hoc fatum . taceat iam fulmen in atio.  
Nox dabit ipsa fidem: clausæ cum murmura flammæ  
Hospes: & in cussæ sonitum mirabere massæ.  
Menia tum uiresq; loci ueteresq; parentum  
Iactat opes. mediis famulæ conuiuia tectis  
Expediunt. tyrio uibrat torus igneus ostro.  
Instratis erens atauos reges regesq; maritos  
Tressa manus: quæcunq; faces timuisse iugales  
Cred ta. nec dominæ sanctum tetigisse cubile.  
Iam medio esonides: iam se regina locauit.  
Post alii proceres: sacris dum uincitur extis  
Prima fames. circum pateris it bacchus. & omnis  
Aula silet. dapibus cæptis mox tempora fallunt  
Noctis. & inferas durant sermonibus un. bras.  
Precipueq; ducis casus mirata requirit  
Hypsiphile. quæ fata trahant quæ regis agatius?  
Aut unde hæmonie molem ratis unius heret  
Aloquio. & blandos paulatim colligit ignes.  
Iam non dura toris. ueneris nec iniqua reuersa.  
Et deus ipse moras: spatiumq; indulget amori.  
Pliada lege poli nimbofo mouerat astro  
Iuppiter eternum uoluens opus. & simul undis  
Cuncta ruunt. unoq; dei pangæa sub ictu:  
Gargaraq; & mesti steterant formidine luci.  
Senior haud alio mortales tempore gentes  
Terror agit. tunc urget. n. tunc flagitat iras  
In populos astrea iouem terrisq; relictis  
Inuocat assiduo saturnia sydera questu.  
Insequitur niger: & magnis cum fratribus eurus  
Intonat egæo: tenditq; ad littora pontum:  
Et unam quarto densam uidet hymbribus ortu.  
Thespiades longus ceptis et fluctibus arcent.



Qui metus usq; nouos diuæ melioris ad ignes.  
Urbe sedent leti minie. uiduisq; uacantes  
Indulgent thalamis: nimbosq; educere lxxu.  
Nec iam uelle uias. zephiroq; audire uocantes  
Dissimulant. donec residet tinthius heros  
Non tulit ipse rati inuigilans. atq; integer urbis  
Inuidisse deos. tantum maris equor adortis:  
Desertaq; domos: fraudataq; tempore segni  
Vota patrum. quid & ipse uiris cunctantibus adsit.  
O miseris quicumq; tuis accessimus actis  
Phasin: & oæten scyticiq; pericula ponti  
Redde ait æsonide. me tecum solus in equor  
Rerum traxit amor: dum spes mihi sistere montes  
Cyaneos: uigilemq; alium spoliare draconem  
Si sedet egei scopulos habitare profundi:  
Hoc mecum telamon peraget meus: hæc ubi dicta  
Haud secus æsonides monitis accessus amaris:  
Quam bellator equus: longa quem frigida pace  
Terra inuat: breuis in leuos piger angitur orbes  
Frena tamen dominumq; uellit si martius aeris  
Clamor: & obliti rursus fragor impleat auris.  
Tunc argum: tiphymq; uocat. pelagoq; parari  
Precipitat. petit ingenti clamore magister  
Arma uiros pariter sparsosq; in littore remos.  
Exoritur nouus urbe dolor. planctusq; per omnes  
Et facies antiqua domos. sibi menia linqui  
En iterum. & quando natorum tempora gentem  
Qui recolant: qui scepra gerant. nunc triste nefande  
Noctis opus. uidui nunc illa silentia tecti.  
Sæua magis thalamos excussa q; uincla quod aufæ  
Imbueratq; iterum tales admittere curas  
Ipsa quoq; bipsiphyle subitos per littora cursus  
Ut uidit: totaq; uiros decedere lemno  
Ingemit. & tali compellat iasona questu.  
Iam ne placet primo deducere uela sereno

2  
Carius o mihi patre caput' modo sæua quierant  
Aequora: si portus fugeret ratis aspera. si te  
Plias in aduersa tenuisset littora traces.  
Ergo moras celo cui sumq; tenentibus undis  
Deuimus dixit lacrimas. esuraq; caro  
Dona duci promit clamidem textosq; labores.  
Illic seruati genitoris conscia sacra  
Pinxit acu currusq; pios. stant sæua pauentum  
Agmina dantq; locum. uiridis circum horrida tela  
Silua tremit medus refugit pater anxius umbris.  
Pars & frondosæ raptus expresserat idæ:  
Illustremq; fugam pueri mox ethere letus  
Adstabat mensis. quin & iouis armiger ipse  
Accipit a phrigio iam pocula blanda ministro.  
Tunc ensem notumq; ferens in signe thoantis  
Accipe ait: bellis mediæq; ut puluere pugne  
Sit comes: ethnei genitor que flammea gessit  
Dona dei nunc digna tuis adungier armis.  
Immemoret terræ: quæ uos amplexa quieto  
Prima sinu referet domitis a colchidos oris  
Vela per hunc utero quem linquis iasona nostro.  
Sic ait hemoni labens in colla mariti.  
Nec minus orphea tristis ceruice tuaq;  
Aeacide. & gemino coniunx a castore pendet.  
Has inter lacrimas legitur piger uncus haernis  
Iam remi rapuere ratem. iam flamina portant.  
Spumea subsequitur fugientis semita clauis.  
Tunc tenuit lemnos. transitq; electria tellus  
Trbeiciis arcana sacris hic numinis ingens  
Horror: & incautis decreta piacula linguis.  
Hanc demissa ioui non unq; ledere fluctu  
Audet byems sponte ipse deus tunc asperat undas:  
Cum uetat infidos sua littora tangere nautas.  
Obuius ad minias terris adytisq; sacerdos  
Excipit hospitibus ressecans secreta thyotes.



Hastenus in populos uates samothracia diuum  
Missa mane sacrisq; metum seruemus opertis:  
Illi sole nouo leti pleniq; deorum  
Confidunt transtris. iam quas prouider at uibes  
Nauita condabat: proræq; accesserat imbios.  
Et sol ethereas medius conscenderat arces.  
Thessala dardaniis tunc primum puppis harenis  
Apulit. & fatis sigeo littore sed.t.  
Defiliunt. pars hinc leuibus candentia uelis  
Castra leuat. tracta pars frangit adorea saxo  
Farra. citum strictis alius de cautibus ignem  
Ostendit foliis. & sulphure pascit amico  
Alcides. telamonq; comes. dum littora blando  
An fractu sinuosa legunt: uox attigit aures.  
Flebile succedent cum fracta remurmurat unda.  
Attoniti pressere gradum. uacuumq; sequuntur  
Vocis iter. iam certa sonat desertaq; duræ  
Virgo neci. quem non hominum superumq; uocabat?  
Acrius hoc instare uiri succurere certi  
Qualiter impleuit gemitu cum taurus acerbo  
Aua frangentem morfu super alta leonem  
Terga ferens. coit e sparso concita mapali  
Agrestum manus: & ceco clamore coloni.  
Constitit alcides uisuq; enissus in alta  
Rupe truces manicas defectaq; uirginis ora  
Cernit. & ad primos surgentia flamina fluctus.  
Exanimum ueluti multa tamen arte coactum  
Mæret ebur. parius ue notas & nomina surgit  
Cum lapis: aut aliqui referunt miranda colores.  
Ductor ait quod uirgo tibi nomenq; genusq;  
Quæ mors ista doce. tendunt cur uincula palmas.  
Illa tremens tristiq; oculos deiecta pudore  
Non ego digna malis inquit. suprema parentura  
Dona uides ostro scopulos auroq; frequentes.  
Nos ili ueteris quondam genus: inuida donec

2  
Laomedonteos fugeret fortuna penatis.  
Principio morbi cæloq; exacta sereno  
Temperies arere rogis certantibus agri:  
Cum subitus fragor & fluctus deinde mouentes  
Cum stabulis nemora ecce repens consurgere ponto  
Belua monstrum ingens. hanc tu nec montibus ullis  
Nec nostro metire mari. primeua furenti  
Huic manus amplexus inter planctusq; parentum  
Deditur. hoc sortes. hoc corniger imperat han. mon  
Virgineam damnare animam. sortitaq; lethæ  
Corpora crudelis scopulis me destinat urna.  
Verum o iam redeunt phrygiis si numina tuq;  
Ille ades auguriis promissæ. & sorte deorum.  
Iam cui candentes uotiuo in gramine pascit  
Cornipedes genitor nostræ stata dona salutis  
Annue. meq; precor defectaq; perigama. monstris  
Eripe. namq; potes. neq; enim tam lata uidebam  
Pectora: neptunus muros cum iur geret astris.  
Nec tales humeros pharetramq; gerebat apollo.  
Auxerat hæc locus & facies mestissima capti  
Littoris & tumuli cælumq; quod imminet orbi:  
Quale laborantis nemees iter aut erimanthi  
Vidit & infectæ miseratus flumina lernæ.  
Dat procul interea signum neptunus. & una  
Monstriferi mugire sinus sygicaq; pestis  
Adglomerare fretum: cuius stellantia glauca  
Lumina nube tremunt: atq; ordine curua trifulco  
Fulmineus quatit ora fragor: pelagoq; remerso  
Cauda redit passusq; sinu rapit ardua ceruix.  
Illam incumbentem per mille uolumina pontus  
Prosequitur lateri adsultans. trepidisq; ruent. m  
Littoribus sua cogit byems: non fluctibus equis  
Nubiferi uenit unda noti. non africanus alto  
Tantus ouat patriisq; manus cum plenus habenis  
Orion bipedum flatu mare tollit equorum.





Ecce ducem placitæ furiis crudescere pugnae.  
Surgentemq; toris stupet: immanemq; paratu  
Eacides. pulsentq; graues ut terga pharetræ.  
Ille patrem pelagiq; deos suaq; arma precatus  
Insiluit scopulo. motumq; e sedibus equor  
Horruit. & celsi spatiosa uolumina monstri  
Qualis ubi a gelidi boreas conualibus hebri  
Tollitur. & uolucres riphea per ardua nubes  
Precipitat. piceo nec dum tenet omnia celo.  
Illa simul molem horrificam: scopulosq; terga  
Promouet. ingentiq; umbra subit intremere idem  
Illiditq; rates. pronæq; resurgere turres.  
Occupat alcides arcum. totaq; pharetræ  
Nube premit. non illa magis quam sede mouenti  
Magnus eri deferre uelint: quem ualibus hymbres  
Iam breuis: & telo uolucris non utilis aer.  
Tum uero fremitus. uaniq; insania cepti.  
Et tacitus pudor. & rursus pallefcere uingo.  
Proicit arma manu. scopulos uicinaq; saxa  
Respicit. & quantum uentis ad iuta uetustas  
Impulerit ponti ue fragor: tantum abicidit imi  
Concutiens a sede maris. iamq; agmine toto  
Pistris adest. miseræq; in hiat iam proxima predæ  
Stat mediis elatus aquis recipitq; ruentem  
Alcides: saxoq; prior surgentia colla  
Obruit hinc uastos nodosi roboris ictus  
Congeminat. fluctus preceps defertur in imos  
Iam totis resoluta uadis. ideaq; mater  
Et chorus & summis ulularunt collibus annes.  
Protinus e scopulis & opaca ualle resurgunt  
Pastores. magnisq; petunt clamoribus urbem  
Nuntius hinc sotios telamon uocat ac simul ipsi  
Horrescunt. subitoq; uident in sanguine puppem  
Nec minus in scopulos. crudiq; cacumina saxi  
Emicat alcides. uinclisq; tenentibus aufert

2

Virgineas de rupe manus. aptatq; superbis  
Arma humeris. regem inde petens superabat ouante  
Littora tuta gradu. qualis per pascua uictor  
Ingreditur. tura colla tumens tum celsior armis  
Taurus: ubi adsueti pecoris stabula alta reuilit:  
Et patrium nemus: & bello quos ultus amores.  
Obuia cui contra longis emissa tenebris  
Turba phrygum: paruq; trahens cum coniuge natū  
Laomedon iam mestus equos iam debita posci  
Dona gemit. pars aeriq; fastigia muri  
Cingit. & ignotis iuuenem mirantur in armis.  
Illum torua tuens. atq; acri lubricus astu  
Rex subit. & patrio fatur male letus amore.  
Maxime graiugenum: quem non sygea petentem  
Littora: nec nostræ miserantem funera troiæ  
Adpulsit his fors ipsa locis. si uera parentem  
Fama iouem: summiq; tibi genus esse tonanti  
Noster ades. iunctisq; uenis sator unus & idem  
Stirpis honos. quanq; longis disiungimur oris.  
Quot mihi post lacrimas: post q̄ta piacula patrum  
Serus ades? quam parua tuis iam gloria factis.  
Verum age nunc sotios fraternis mœnibus infer:  
Ut tibi seruata statui que munera prole  
Craftina lux biuges stabulis ostendat apertis.  
Dixerat. hæc tacitusq; dolos dirumq; uoluit  
Corde nefas. clausum ut thalamis somnoq; grauatum  
Imolet. ereptaq; leuat responsa pharetra.  
Namq; bis herculeis deberi pergama telis  
Audierat priami. sed quis iam uertere regnis  
Fata queat. manet. immotis nox dorica lustris  
Et genus aeneadum: & troiæ melioris honores.  
Nos ait ad sythici tiryntbius hostia ponti  
Raptat iter. mox hac uestras reuehemur adoras:  
Donaq; dicta feram. tum uero plura uocatis  
Annuit ille deis. promissa infida tyranni



Iam phryges & miseræ flebant discrimina troiæ.  
Panditur hinc totis in noxam carbasus alis:  
Littoraq; & ueteres tumulos prelabitur ili.  
Dardanumq; patrem uigili simul omnia ludo  
Festa uident. hinc nuda sacris hinc ignibus idæ  
Vibrat. & horrissono respondent gargara buxo.  
Inde ubi iam medi tenuere silentia ponti:  
Stridentefq; iuuant auræ phryxæ subibant  
Acquora & angustas quondam sine nomine fauces.  
Ecce autem prima uolucrum sub luce dehiscens  
Terruit unda ratem. uittataq; constitit belle.  
Iam panopes thetidisq; soror. iamq; aurea leua  
Sceptra tenens. dum sternit aquas proceremq; ducēq;  
Aspicit & placidis compellat iasona dictis.  
Te quoq; ab hemoniis ignota per equora terris  
Regna infesta domus. fastisq; simillima nostris  
Fata ferunt. iterum æolios fortuna nepotes  
Spargit. & infelix scythicum gens queritis amnem.  
Vasta super tellus. longum ne defice cœptis  
Aequor. & ipse procul. uerum dabit hostia phasis.  
Hic nemus arcanum: gminaq; uirentibus aræ  
Stant tumulis. hic prima pio solemnia phryxo  
Ferte manu cineriq; procul mea reddite dicta.  
Non ego per stigiam: quod rete silentia ripæ  
Frater agor. frustra uacui scrutaris auerni  
Care uias. neq; escopulis me & fluctibus ætiam  
Frangit hyems. celeri extemplo subiere ruentem  
Cymothœ: glaucusq; manu pater ipse profundi.  
Has etiam sedes: hæc numine tradidit æquo  
Regna. nec inois noster sinus inuidet undis.  
Dixerat. & mestos tranquilla sub equora uultus  
Cum gemitu tulit: ut patrii rediere dolores  
Tum pelago uina inuergens dux talibus infit.  
Vndarum decus & gentis cretheia uirgo  
Pande uiam: cursuq; tuos age diua secundo.

2  
Immittitq; ratem. mediasq; interuolat urbes  
Qua breuib; furit estus aquis. asiamq; prementem  
Effugit abruptis europa immanior oris  
Has etiam terras: confertaq; gentibus arua  
Sic pelago pulsante reor. neptumnia quodam  
Cuspis & aduersi longus labor abscidit eui.  
Ut siculum libycumq; latus. stupuitq; fragore  
Ianus: & occiduis regnator montibus atlas.  
Iam iuga per cotis paruumq; infame fragosis  
Exuperant phiamq; uadis. transmissaq; puppi  
Lampsacus ogygii. quam nec trieterica bacchi  
Sacra: nec arcanis phrygius furor inuehit antris.  
Sed si uis inuenerem raptat deus. illius aras  
Urbe super: celsiq; uident uelamine templi.  
Rarior hinc tellus. atq; ingens undiq; cælum  
Rursus. & incipiens alium prospectus in erbem.  
Terra sinu medio pontum iacet inter & hellem  
Ceu fundo prolata maris. namq; improba cecis  
Intulit arua uadis. longoq; sub equora dorso  
Littus agit. tenet hinc ueterem confinis oris  
Pars phrygiam pars discreti iuga pinea montis.  
Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti  
Urbs placidis demissa iugis. rex diuitis agri  
Cyzicus: hemoniæ qui tum noua signa carinæ  
Ut uidet ipse ultro primas procurrat ad undas:  
Miraturq; uiros. dextramq; amplexus & herens  
Incipit o terris nunc primum cognita nostris  
Aemathia manus: & fama mihi maior imago.  
Non tamen hæc adeo semota neq; ardua tellus  
Longaq; iam populis imperuia lucis eoae:  
Cum tales intrasse duces: tot robora cerno.  
Non licet hinc seuas tellus alat horrida gentes:  
Meq; fremens tumido circumfluat ore propontis:  
Vestra fides ritusq; pares: & mitia cultu  
His etiam mihi corda locis. procul effera uirtus



Bebricis : & bythici procul in clementia sacri.  
 Sic memorat. letosq; rapit. simul hospita pandi  
 Testa iubet. templisq; sacros largitur honores  
 Stant geminis auroq; tori: mensæq; paratu  
 Regitico. centumq; pares primeua ministri  
 Corpora. pars epulas manibus: pars aurea gestant  
 Pocula bellorum casus expressa recentum.  
 Atq; ea prima duci porgens carchesia graio  
 Cyzicus: hic portus inquit mibi territat hostis.  
 Has acies sub nocte refert. hæc uersa pelasgum  
 Terga uides. meus hic ratibus qui palcitur ignis.  
 Subiicit æsonides. utinam hinc ira pelasgos  
 Afferat: & solitis tentent concurrere furtis:  
 Cuctaq; se ratibus fundat manus arma uidebis  
 Hospita: nec post hanc ultra tibi prelia noctem.  
 Sic ait. hæc inter uariis nox plurima dictis  
 Rapta uires: nec non simili lux postera tractu.

*Sibex 3.*

Ertia iam gelidas titbonia soluerat undas:  
 Exueratq; pollū: tiphin placida alta uocabāt  
 Attectis argoa manus: simul urbe profusi  
 Cæneade caris sotium digressibus herent.  
 Dant cererem. letumq; pecus: nec palmite bacchum  
 Bythino pbrygio ue satum: sed quem sua noto  
 Colle per angustæ lesbos freta suggerit belles.  
 Ipse agit æsonide iunctos ad littora gressus  
 Cyzicus absellu lacrimas: per cosia uestes:  
 Quas dabat: & picto cblamidem uariauerat auro.  
 Tum galeam: & patriæ tellum insuperabile dextræ  
 Addidit. ipse ducis pateras & thessala contra  
 Frena capit. manibusq; datis iunxere nepotes.  
 Tu mihi nunc causas infandaq; prelia clio

Pande uirum. tibi enim superum data uirgo facultas  
 Nosse animos: rerumq; uias. cur talia passus  
 Arma. quid hospitii iunctas concurrere dextras  
 Iuppiter. unde tubæ: nocturna; mouit erinis.  
 Dindima sanguineis famulum bacchata lacertis  
 Dum uolucris quatit asper equo: siluasq; fatigat.  
 Cyzicus ingenti prædæ deceptus amore  
 Aduetum pbrigias dominam uectare per urbes  
 Oppressit iaculo redeuntem ad frena leonem.  
 Et nunc ille iubas. captiuq; postibus ora.  
 Muneribus primas coniunx per cosia uestes  
 Imposuit spoliū infelix diuæq; pudendum.  
 Quæ postq; hemoniam tantæ non immemor iræ  
 Aerifono de monte ratem prefixaq; regum  
 Scuta uidet: noua monstra uiro noua funera uoluit.  
 Ut sotias in nocte manus: utq; impia bella  
 Conserat: & seuis erroribus implicet urbem.  
 Nox erat: & leni caneant equora sulco  
 Et iam prona leues spargebant sidera somnos.  
 Aura uehit. religat tonfas. uelocq; pro nelson  
 Et te iam medio flauentem tundace ponto:  
 Spumofumq; legunt fracta sylaceon ab unda  
 Ipse diem longe solisq; cubilia tiphis  
 Consultit. ipse ratem uento stellisq; ministrat  
 Atq; illum non ante sopor luctamine tanto  
 Lenit agens: diuum imperiis cædit insia clauo  
 Dextera. dimittitq; oculos resolutaq; puppis  
 Turbine flectit iter. portuq; refertur amico.  
 Ut noctis ad lapsa uadis: dant æthere longo  
 Signa tubæ. uox & medius emissa tenebris.  
 Hostis habet portus. soliti rediere pelasgi.  
 Rupta quies. deus ancipitem limphauerat urbem  
 Migdoniæ: pan iussa ferens seuißima matris:  
 Pan nemorum belliq; potens: quem lucis ad oras  
 Antra tenent. patet ad medias per deua noctes



Setigerum latus . & toruæ come sibila frontis.  
Vox omnes super una tubas : qua conus & enses :  
Qua trepidis auriga rotis nocturnaq; muris  
Claustra cadunt . talesq; metus non martia cassis .  
Eumenidumq; comæ : non tristis ab ethere gorgo  
Sparserit : aut tantis aciem raptauerit umbris  
Ludus & ille deo : pauidum presepibus aufert  
Cum pecus : & profugi sternunt dumeta iuueni .  
Illicet ad regem clamor ruit . exilit altis  
Somnia dira toris simulacraq; pallida linquens  
Cyzicus . ecce super foribus bellona reclusis  
Nuda latus : passuq; mouens oricalca sonoro  
Adstitit . & triplici pulsans fastigia crista  
Inde ciere uirum . sequitur per mœnia demens  
Ille deam . & fatis extrema in prelia tendit .  
Qualis in alciden & thesea choetus iniqui  
Nube erigeminam pholœn : maioraq; cernens  
Astra ruit . qualis ue redit uenatibus actis  
Lustra pater triuiamq; canens : humeroq; learchum  
Aduerbit . at miseræ declinant lumina thebæ .  
Iamq; adeo nec porta ducem nec pone moratur .  
Excubias sortita manus que prima furenti :  
Aduolat hinc alii subeunt : ut proxima queq;  
Intremuit domus . & motus accepit inanes  
At mynias anceps fixit pauor : egra uirorum  
Corda labant . nec que regio : aut discrimina cernunt .  
Cur galeæ chlpei q; mirent . num peruigil armis  
Donec & asta uolans immani turbine transtis  
Insonuit . mouitq; ratem rapere obuia ceca  
Arma manu . princeps galeam constringit iason  
Vociferans . primam hanc nati pater accipe pugnam  
Vosq; uiri optatos huc affore credite colchos  
Bistonas in medios : ceu martius exilit astris  
Curus : ubi ingentes animæ clamorq; tubæq;  
Sanguineæ iuuerè deum non segnius ille

3  
Occupat arua furens . sequitur uis omnis achium .  
Adglomerant latera & densis thorancibus horres  
Stat manus : ægisono quam nec ferra pectore uirgæ  
Dispulerit . nec dextra iouis : terrorq; pauorq;  
Martis equi . sic contextis umbonibus berent .  
Ceruleo ueluti cum iuppiter agmine nubem  
Constituit . certant zephiri : frustra q; rigentem  
Pulsat utrimq; noctus . pendent mortalia longo  
Corda metu : quibus ille fretis : quibus incidat aruis  
Hinc manus infelix clamore impellere magno  
Saxa facesq; atras & tortæ pondera fundæ .  
Fert sonitus immota phalanx . iraq; retentat :  
Congeries dum prima fluat . stillantia morsus  
Tegmina : & ingentem corithi notat eurus umbram .  
Restitit ille gradu . seseq; a lumine ferri  
Sustinuit preceps : subitum ceu pastor ad amnem  
Spumantem nimbi fluctuq; arbuta ruentem .  
Et tideus : en intentis quem uiribus inquit  
Experiar . manibusq; dari quem cominus optem .  
Quo steteris : moriere loco . subit ilia cuspis  
Ocheni . dedit ille sonum . compressaq; mandens  
Aequora purpuram singultibus expulit bastam .  
Ac uelut in medio rupes latet horrida ponto :  
Quam super ignari nunq; rexere magistri  
Precipites impune rates . sic agmine ceco  
Incurrit stritis manus ensibus . occupat iron .  
Et cotis . & pyrno melior genitore bienor  
Et magis interea diuerso turbida motu  
Urbs agitur geniso coniuinx amouerar arma .  
Ast illi subitus uentis uiuoq; reluxit  
Torre focus . telis gaudens miserande repertis  
Liquit & undantes mensas infectaq; pernox  
Sacra medon . clauus imbelli circumdedit ostro .  
Tota manuum : strictoq; uias prefulgurat ense  
Talis in arma ruit . nec uina dapesq; remota .



Statq; loco torus. in quo omnes mansere ministri.  
Inde uagi. nec tela modis. nec casibus isdem  
Conseruere manus. & longe iacuerere perempti.  
Ecce grauem nodis pinguiq; bitumine quallans  
Lampada turbata phlegias decurrit ab urbe.  
Ille leues de more manus aciemq; pelafgum  
Per noctem remeasse ratus pulsumq; requirens  
Sepe sibi uano thamyrum clamore petebat  
Arduus & late fumanti nube coruscus.  
Quantus ubi immenso prospexit ab ethere tiphon  
Igne simul uentisq; rubens: quem iuppiter aite  
Crine tenet: trepidant diro sub limine puppes  
Tollitur hinc: totusq; ruit tirthius arcu  
Pectore certa regens. aduersa spicula flamma  
Per piceos accenti globos: & pectus harundo  
Per medium contenta fuigt. ruit ille comanti  
Ora facem supra: maiorq; apparurit ignis.  
Ambrosium peleus: ingentem anceus achelum  
Sternit. & elata propius succedere dextra  
Telecoonta sinit. delectaq; ora securi  
Disiecit ceruice tenus. simul aspera uictor;  
Cingula sublustri uibrantia detrahit umbra.  
Has precor exuuias: & opima cadeuera nostro  
Linquitte ait ferro. potius mihi dextera ferro  
Nauet opus. prensumq; manu detruncat amastrum.  
Diuersasq; simul potius inuadere turmas  
Admouit. pergunt rupta testudine fusi:  
Qua tenebre campiq; ferunt. grauis inuenit ochum  
Phlias. & trepido pollux impingitur hebro  
Ipse super uultus thaboq; labantia terga:  
Dum campi martisq; potens: ut ceca profundo  
Currit byems: zelen. & broten. abarinq; relinquit  
Semineces. glaucum sequitur glaucumq; ruentem.

3  
Occupat. & iugulo uulnus molitur aperto.  
Ille manu contra telum tenet: ultima frustra  
Verba ciens. fixamq; uidet decrescere cornum.  
Hinc alyn: hinc rigido transcurrens demetit ense  
Protinus insignem cytharacantusq; fluenti  
Dorcea: qui dulci festis asidere mensis  
Pectine bistoniae magnum post ausus alunum.  
Nec pharetram aut acres ultra tirthius arcus  
Exercet. sotia sed clificit agmina claua.  
Ac ueluti magna iuuenum cum densa securi  
Silua labat: doneisq; gemit graue robur ad actis.  
Iamq; abies piceaq; ruunt. sic dura sub ictu  
Ossa uirum malaq; sonant. sparsusq; cerebro  
Albet ager. leuis ante pedes subsederat hidmon.  
Occupatos barbamq; uiri: clauamq; superne  
Intonat occumbens. & nunc ait herculis armis  
Donum ingens. semperq; tuis mirabile fati.  
Horruit ille cadens: nomenq; agnouit amicum  
Primus. & ignaris dirum scelus attulit umbris.  
Nec tibi thessalicos tunc profuit ornyte reges  
Hospitiis: aut mente moras fouisse benigna:  
Et laribus sacrasse diem. procul aduenit hidmon.  
Oblatamq; ferit galeam cristasq; rubentes  
Heu tua dona gerens: quem te qualemq; uidebit.  
Attonitus crenee parens. en frigidus orbes  
Purpureos iam somnus obit. iam candor & anni  
Deficiunt. uitaq; fugit decus omne soluta.  
Desere nunc nemus: & nympharum durus amorem.  
At diuersus agens turbantem fallere neruo  
Tum primum puer ausus bilas spes maxima bellis.  
Pulcher ilas: si fata sinant: si prospera iuno.  
Prostrauitq; uirum celeri per pectora telo.  
Accessere. nefas. tenebris fallacibus acti  
Tindaride. in sese castor prius ibat in ictus  
Nescius. ast illos noua lux subitusq; diremit



Frontis apex. tum castor ityn: qua cerulus ambit  
Balteus: & gemini committunt ora dracones.  
Frater hagen thapsumq; securigerumq; nealce  
Transigit. & cantu pallentem uulnere cydrum  
Torserat. hic totis connixus uiribus hastam  
Venatori erymo breuis hanc sed fata ferentem  
Prodidit. & piceo comitem miserata refulsit  
Luna polo. cessere iubæ. raptumq; per auras  
Vulnus: & extrema sonuit cita cuspidē castis  
Niseum telamon: & ophelten uana sonantem  
Per clipei cedentis opus: partemq; trilicem:  
Qua stomachi secreta ferit. letusq; profatur.  
Dii precor hunc regem aut eque delegerit alta  
Fors mihi gente satum: magnusq; & flebilis urbi  
Conciderit. super addit aren fratremq; melanthum  
Phoreaq; oleiden lelegum: qui pulsus ab oris  
Regis amicitiam & famuli prioris honores  
Qua patiens non arte tulit. nox alta cadentum  
Ingentes donec sonitus augetq; ruinas  
Ut magis inarime. magis ut mugitor anhelat  
Vesubus: attonitas acer cum sulcitat urbes.  
Sic pugne crebescit opus. neq; n. ignea cedunt  
Astra loco lentis beret nox conscia bigis.  
Perge age tartareæ mecum semel omnia noctis  
Musa sequi. trepidam phæthon aflauit ab alto  
Tisiphonem. grauiorq; locos iam luce propinqua  
Vmbra premit. non signa uirum non funera cernunt.  
Et rabie magis ora calent. uos prodite diuæ  
Eumenidum. noctisq; globos: uatisq; patefcant  
Armorum fragor: & tepidi singultibus agri  
Labentum. atq; acti minyis per littora manes.  
Cizicus hic aciem uanis discursibus implet  
Fata trabens iam pulsa sibi cessisse pelagum  
Agmina. iam passim uacuos disiecta per agros  
Credat ouans. tales aditus ea gaudia fingit

3  
Ira deum. fundo ueluti cum cessit in imo  
Vnda iouis fractoq; trabens adamante catenas  
Saturnum tityumq; uocat. spemq; etheris amens  
Concipit. ast illum fluuiis & nocte remensa  
Eumenidum canis: & sparsæ iuba reppulit hydræ.  
Seuit acerba fremens. tardumq; amenibus agmen  
Increpitat. nunq; ne dolor uirtute subibit.  
Nil aufas sine rege manus. at barbara buxus  
Si uocet: & motis ululantiā dindyma sacris:  
Tunc ensis placeatq; furor. modo tela sacerdos  
Porrigat. & iuxta sanguis exuberet urna.  
Talibus insultans iam dudum numine diuæ  
Deficit. in fracti languescunt frigore cursus.  
Corda pauent. audit fremitus irasq; leonum  
Cornuaq; & motas uidet inter nubila turres.  
Tunc grauis: & certo tendens stridore per umbram  
Esonii uenit hasta ducis. latumq; sub imo  
Pectore rumpit iter: quam nunc incognita uellet  
Lustra sibi: nullosq; datos uenatibus armos.  
Talia magnanimi diuerso turbine fundunt  
Tela uiri. sonitusq; pedum suspectaq; motu  
Explorant. prensant sotios. uocemq; reposcunt.  
Quod si tanta iouis seros durasset in ortus.  
Extinctum genus: & solas per menia matres  
Vidisset. stratamq; dies in littore gentem.  
Tum pater omnipotens tempus iam rege perempto  
Flectere fata ratus: miseratq; abrumpere pugnas  
Supremam celebrabat opem. nutuq; sereno  
Intonuit: quem nocte satæ: quem turbidus horret  
Armipotens. tunc porta trucidis coit infera belli.  
Continuo dant terga metu. auersiq; per agros  
Diffugiunt quæ sola salus. nec terga ruentum  
Mens minyis conuersa sequi. stetit anxia uirtus.  
Ecce leni primo iam spargere lumine portus  
Orta dies. notæq; nefas. albescere turres.



Dii maris attonito conclamat ab agmine typhis:  
Vt mea fatali damnastis pectora somno.  
Heu totius quantis complerunt littora monstros.  
Illi autem neque adhuc gemitus: neque conscia facti  
Ora leuant. tenet exangues rigor horridus artus.  
Ceus pauet ad crines & tristia pentheos ora  
Thyas: ubi impulsæ iam se deus agmine matris  
Abiit: & cæsi uanescent cornua tauri.  
Nec minus effusi granaeuum ad littora uulgi:  
Vt totias uidere manus dare uersa retrorsus  
Terga metu: dextram tendens proclamat iason.  
Quos fugitis. uellem ac equidem me strage meosque  
Procubuisse magis. deus hæc. deus asper utrisque  
Implicuit. sumus enim minyæ. sumus hospita turba.  
Cur etiam flammis miserisque moramur honores.  
Tum super exangues conferte cedis aceros  
Precipiti plangore ruunt. agnoscit in alta  
Strage uirum sua texta parens sua munera coniūx.  
Et gemitus toto sinuosa per equora cælo.  
Pars tenuis fletus & adhuc stridentia pensat  
Vulnera. pars fera componunt lumina dextra.  
At uero in mediis exanguis rege reperto  
Aggeribus: tristi sileant ceu cætera planctu.  
Sic famulum matrumque dolor. sic omnis ad unum  
Versa manus. circa lachrymis ac mentibus egri  
Stant minyæ deflentque nefas: & cuspidis ictus  
Aesoniz. sortemque ducis solantur acerbam.  
Ille ubi concretos pingui iam sanguine crines  
Pallentesque genas infractaque pectore caro  
Tela: neque æternos agnouit in hospite uultus  
Ingemit. atque artus fatur complexus amicos.  
Te tamen ignarum tanti miserande furoris  
Nox habet: & nullo testantem federa questu.  
At mihi iustificum uenit iubar. enim quibus adsum  
Colloquii? cui me hospitio fortuna reuinxit:

3  
Bis zephiri iam uela uocant. f. ducia mestis  
Nulla uiris. egro assidue mens carpitur citu.  
Nec dum omnes lacrimas atque omnia reddita cæsis  
Iuta putant. patria ex oculis sacer atque laborum  
Pulsus amor. segnius iuuat frigescere luctu.  
Ipse etiam esonides: quamque tritissima rerum  
Castiganda duci: uultuque premenda sereno  
Dulcibus indulget lacrimis. aperitque dolorem.  
Tum secreta trabens plebeum ad littora mopsum:  
Quæ nam ait ista leues: aut quæ sententia diuum.  
Decretus ne uenit fato pavor. an tibi nescunt  
Corda moras: cum iam immemores fameque larisque  
Angimur. aut pariet. quem nam hæc ignauia finem?  
Dicam ait. ac penitus causas: labemque docebo.  
Mopsus & astra tuens: nam si mortalia membra  
Sortitusque breues & parui tempora fati  
Perpetimur: totius superi quondam ignis olympi  
Fas ideo miscere nefas neces: ferroque morantes  
Exigere hinc animas: redituraque semina cælo.  
Quippe nec inuentos nec in ultima soluimur ossa.  
Ira manet. duratque dolor. cum deinde tremenda  
Ad solium uenere iouis. questuque nefandam  
Edocuere necem. patet ollis ianua leti.  
Atque iterum remeare licet. comes una sororum  
Additur: & pariter terras atque æquora lustrant.  
Quisque suos fontes inimicisque pectora penis  
Implicat. & uaria meritos formidine pulsant.  
At quibus inuito maduerunt sanguine dextræ:  
Si fors seua tulit miseros sed proxima culpa.  
Hos uariis mens ipsa modis agitet: sua carpunt  
Facta uiros refides. etiam nil amplius ausi  
In lacrimas humilesque metus egramque fatiscunt  
Segnitiam: quos ecce uides. sed nostra requiret  
Cura uiam memori iam pridem cognita uate.  
Et procul ad stygiæ deuexa silentia noctis



3  
Cimmerium domus & superis incognita tellus  
Ceruleo tenebrosa situ. quo flammea numq̄  
Sol iuga: sidereos nec mittit iuppiter annos.  
Stant citæ frondes: immotaq; silua comanti  
Horret uerna iugo. specus umbrarumq; meatus  
Subter & oceani preceps fragor aruaq; nigro  
Vasta metu. & subita post longa silentia uoces.  
Ensis hic: atraq; sedens in uelle celeneus  
Infontes errore luit. culpamq; remittens  
Carmina turbatos uoluit placantia manes.  
Ille mihi quæ danda forent lustramina celsis  
Prodidit. ille uolens heribum terrasq; retexit.  
Ergo ubi puniceas oriens ascenderit undas:  
Tu sotios adhibeto sacris. armenta q; magnis  
Bina deis. me iam cetus accedere uestros  
Haud fas. interea donec lustralia pernox  
Vota fero: mouet en gelidos latonia currus.  
Flecte gradum. placitis sileant age littora ceptis.  
Iamq; sopor mediis tellurem preiserat oris:  
Et circum tacito uolabant somnia mundo:  
Cum uigil arcani speculatus tempora sacri  
Ampyades petit aduersis sese pia siluis  
Flumina. & equoreas pariter decurrit ad undas.  
Hic sale purpureo uiuaq; nitentia lympba  
Membra nouat. seq; horrificis accommodat actis.  
Tempora tum multis & supplice castus oliua  
Implicat. & stricto designat littora ferro.  
Circum humiles aras: ignotaq; nomina diuum  
Instituit: siluaq; super contristat opaca.  
Vtq; metum numenq; loco sacramq; quietem  
Addidit: ardenti nitidum iubar euocat alto.  
Atq; argo manus uariis insignis in armis  
Ibat agens lectas aurata fronte bidentes.  
Delus hic longe candenti ueste sacerdos  
Occurrit: ramoq; uocat. iamq; ipse recenti

Extingui ne mea fatis iam defuit unum  
Sperauit te posse manu? talis ue reliqui  
Has ego amice domos: qd' si iam bella manebant:  
Et placitum hoc superis: non hæc mea iustius essent  
Funera? meq; tuus melius nunc plangeret error?  
Nec clari nunc antra dei: quercusq; tonantis  
Arguerem. tales ne acies: tales ne triumphos  
Sorte dabant? tantumq; nefas mens conscia uatum  
Conticuit: patriæ exitium crudele senectæ:  
Et tot acerba canens? heu diuis uisa sinistris  
Regna mihi qui nam reditus: quæ me hospita tellus  
Accipiet? quæ non primis prohibebat barenis?  
Inuidere dei: ne phasidis arua remoti  
Et scythicas populatus opes hæc rursus adirem  
Littora: ne ue tuos irem tunc ultor in hostes?  
Fas tamen est conferre genas. fas iungere tecum  
Pectora. & exangues mittere amplexibus artus.  
Vos age funereas ad littora uoluite siluas:  
Et sotios lustrate rogos. date debita celsis  
Munera: quæ nostro mississet cizicus igni.  
Parte alia dite laceras super ora mariti  
Fusa comas misera in planctum uocat agmina matruq;  
Fatur & hæc primis coniunx ereptus in annis  
Cuncta trahis nec dum soboles: nec gaudia de te  
Vlla mihi. quis mesta tuos nunc optime casus  
Perpeterer tenui luctum solamine fallens.  
Migdonis arma patrem funestaq; prelia nuper  
Natales rapuere domos. triuiaq; potentis  
Occidit arcana genitrix absumpta sagitta.  
Tu mihi qui coniunx pariter fraterq; parensq;  
Solus: & a prima fueras spes una iuuenta  
Deferis heu. totamq; deus simul impulit urbem.  
Ast ego non media te saltem cyzice uidi  
Tondentem mihi morte manus. aut ulla monentis  
Verba tuli. quin & thalamis modo quæsta morari





Heu talem tantiq; metus secreta recepi.  
Illum uix geminam merens cum castore pollux  
Erigit berentem compressaq; colla trabentem.  
Interea innumeras nudatis montibus urgent  
Certatim: decorantq; pyras. & tempora mesti  
Summa locant. uadit sonipes ceruice remissa.  
Venatrix me turba canum pecudumq; morantur.  
Funeree quæ cuiq; manus: quæ cura suorum:  
Quæ fortuna fuit. medio rex aggere longo  
Eminet. hunc crebris quatens singultibus ora  
Adleuat æsonides. celloq; reponit in ostro.  
Dat pictas auro atq; ardentes murice uestes:  
Quis rapuit telis fortuna uocantibus austris  
Hipsiphile. galeam dilectaq; cingula regni  
Inicit ille suam. uultus conuersus ad urbem  
Sceptra manu ueterum retinet gestamen auorum.  
Nam quia nec proles: alius nec deniq; sanguis.  
Ipse decus regniq; refert insigne parentis.  
Inde per armatos minyis referentibus oibes  
Concussi tremuere rogi. ter inhoruit ether  
Luctificum clangente tuba. iecere supremo  
Tum clamore faces. rerum labor omnis in auras  
Solutur. & celsis collucent equora flammis.  
Scilicet hæc illo iuuenem populosq; manebant  
Tempore: peliacis caderet cum montibus arbor.  
Hoc uolucrumq; minæ presagaq; fulmina longo  
Acta mari tulerant. sed quis non prima refellat  
Monstra deum. longosq; sibi non anguret annos.  
Iamq; solutus honos cineri. iam passibus egris  
Dilapsæ cum prole nurus. tandemq; quiescunt  
Dissona per uigili planctu uaga: qualiter arcus  
Ad patrias auibus medio iam uere reuectis  
Memphis. & aprici spatium silet annua nili.  
At non inde dies. neq; iam magis aspera curis  
Nos minyas tanta leforum ab imagine soluit.

3  
Consiliis atq; arte tua. sponde affore reges  
Duis genitos: quis arma uolens: quis agmina iungat.  
At uirgo quanq; insidias estusq; noueræ  
Sentiat: & blandos quærentem fingere uultus  
Obsequitur tamen: & iussas petit otius oras.  
Ingemuit iuno. tandemq; silentia rumpit.  
En labor. en odiis caput insuperabile nostris.  
Quam nemeam tot fessa nimis: quæ bellua lerne  
Experiar. phrygiis utero concurrere monstis  
Nempe uirum. & pulchro referantem pergama ponto  
Vidimus. en ego nunc regum soror: & mihi gentis  
Villus honos: iam tum in decore iussæq; dolorum  
Primitiæ: & tenero superati protinus angues.  
Debueram nullos iuueni iam quærare calus  
Vista: nec ad tales forsitan descendere pugnas.  
Verum animis insiste tuis. actumq; monebo.  
Tende pudor: mox & furias ditem quoq; uerbo.  
Hæc ait. & pariter leuis iuga pinea montis  
Respicit ad pulchro uenantes agmine nymphas  
Vndarum nemorumq; decus. leuis omnibus arcus:  
Et manicæ uirides. & stricta myrthus auena  
Summo palla genu. tenui uagus in natat i mbra  
Crisis. ad obscuræ decurrens cingula mammæ.  
Ipsa citatarum tellus pede plausa sororum  
Personat. & teneris submittit gramina plantis.  
E quibus herculeo dryope percussa fragore  
Cum fugerent iam tela feræ: proceserat ultra  
Turbatum uisura nemus. fontemq; petebat  
Rursus. & attonitos referebat ab hercule uultus.  
Hanc delapsa polo piceæq; accliuis opacæ  
Iuno uocat: prensaq; manu sic blanda profatur.  
Quem tibi coniugio tot dedignata dicaui  
Nympha procos. en hæmonia puer appulit alno  
Clarus hylas saltusq; tuos fontesq; pererrat.  
Vidisti roseis hæc per loca bacchus habenis:



Cum domitas acies & eoi per loca regni  
Duceret: ac rursus thyasos & sacra mouentem.  
Hunc tibi uel posito uenantem pectine phœbum  
Crede dari. quæ spes nymphis aufertur acheis?  
Prereptum quanto proles babeia questu  
Audiet. & flauī quam tristis nata lycormæ.  
Sic ait. & celerem frondosa per auia ceruum  
Suscitat: ac iuueni sublimem cornibus offert.  
Ille animos tardusq; fugæ longumq; resistens  
Sollicitat. suadetq; pari contendere cursu.  
Credit hylas prædæq; ferox ardore propinquæ  
Insequitur. simul alcides hortatibus urget  
Prospiciens. iamq; ex oculis aufertur uterq;  
Cum puerum instantem quadrupes: fessaq; minante;  
Tela manu procul ad nitidi spiracula fontis  
Ducit. & in tactas leuis ipse super fugit undas.  
Hoc puero perfusa modo est. nec tendere certat  
Amplius. utq; artus & concita pectora sudor  
Diluerat: gratos auidus procumbit ad amnes.  
Stagna uaga sic luce micant: ubi cyntbia cælo  
Prospicit: aut medi transit rota candida phœbi.  
Tale iubar diffundit aquis. nil umbra comæq;  
Turbauitq; sonus surgentis ad oscula nimphæ.  
Illa auidas iniecta manus heu seracientem  
Auxilia & magni referentem nomen amici  
Detrahit: ad iutæ prono nam pondere uires.  
Iam pater umbrosis tiryntibus arcibus ornos  
Depulerat. magnoq; iugi stridore reuulsas  
Terga super fului porrexerat horrida monstri  
Littora curua petens. alio nam callere uersum  
Credit hylan. captatq; dapes auxisse ferinas.  
Sed neq; apud sotios structasq; in littore mensas  
Vnanimū uidet eger hylan. nec longius acrem  
Intendens aciem: uarios hinc excitat estus  
Nube mali percussus amor. quibus beserit horis.

3  
Stat tumulo placida transmittens agmina lauro.  
Ducit & ad diuos. ac uincula soluere monstrat  
Prima pedum: glaucaq; comas pretexere fronde  
Imperat. hinc alte phœbi surgentis ad orbem  
Ferre manus: totisq; simul procumbere campis  
Tunc piceæ maclantur oues profectaq; partim  
Pectora per medios partem gerit obuius idmon.  
Ter tacitos egere gradus. ter tristia tangens  
Arma simul uestesq; uirum lustramina ponto  
Pone iacit. rapidis adolentur cætera flammis.  
Quin etiam truncas nemorum effigiesq; uirorum  
Rice locat quercus. simulataq; subligat arma.  
Huc stigias transire minas: iramq; seueri  
Sanguinis: his orat uigiles incumbere curas.  
Atq; ita lustrifico cantu uocat. ite perempti:  
Ac memores abolete animas sint oia uobis.  
Sit stigiae iam sedis amor. procul agmine nostro  
Et procul ite mari. cunctisq; abistite bellis.  
Vos ego nec graias unq; contendere ad uibes:  
Nec triuis ululare uel. m. pecoriq; satisq;  
Nullæ ideo pestes. nec luctifer ingruat annus.  
Nec populi nostri uelent ea facta minores.  
Dixerat. & summas frondentibus intulit aris  
Libauitq; dapes: placidi quas protinus argues  
Umbrarum famuli linguis rapuere coruscis.  
Continuo puppem petere: & considerare transtris  
Imperat amphrades. nec uisum uertere terræ.  
Exciderint quæ gesta manu: quæ debita fati.  
Illi alacres pars arma locant. pars ardua summis.  
Insternunt tabulata toris. oriturq; tremendum  
Remorum sonus. & letæ concordia uocis.  
Iuppiter urgentem ceu summa ceraunia nubem  
Cum pepulit: mouitq; uigis: fulxere repente  
Et nemora & scopuli. nitidusq; reducit ether:  
Sic animi rediere uiris. iamq; ipse magister

Nutat ab arce ratis . remisq; obsistere tendit.  
Instaurant primi certamina liber amictu  
Eurycus : & dictis eali non territus idas .  
Inde alii increpitant : atq; equora pectore tollunt .  
Par gemitu pulsuq; labor . uersumq; uicissim  
Mittitur in puppem remo mare . letus & ipse  
Alcides . quis nam hos uocat in certamina fluctus ?  
Dixit . & in tortis assurgens arduus undis  
Percussit subito deceptum fragmine pectus .  
Atq; in terga ruens . talaum fortemq; eribotem  
Et longe tantæ securum amphiona molis  
Obruit . in quæ tuo posuit caput ipbite transtro .  
Iam sumas cæli phæbus candentior arces  
Vicerat : & longis medijs reuocauerat umbras .  
Tardior hinc cessante uiro : quæ proxima tiphys  
Littora : quosq; dabat densos tabe mysia montes  
Aduerbitur . petit excelsas tiryntibus ornos .  
Heret bylas lateri : passusq; moratur iniquos .  
Illum ubi iuno poli summo de uertice puppem  
Deseruisse uidet : tempus rata diua nocendi  
Pallada consortem curis cursusq; regentem :  
Ne qua inde inceptis fieret mora : fallere prima  
Molitur : caroq; dolis auertere fratri .  
Tum sic alloquitur . procerum in pulsus iniqua  
Germaniq; manu repetit quo crimine perises  
Barbaricas iam mouit opes byrcanaq; signa .  
Oetbes contra thalamis & uirgine pacta  
Conciliat reges scythicos . primusq; coacta  
Aduerbit albana styrys gener agmina porta  
Bellum ingens . atq; ipse citis gradiuus habenis  
Fundit equos . uidet arctoo de carcere quanta  
Tollat se nubes : atq; equore pendeat atro ?  
Corripe prima uias . finem cum phasidis alti  
Transierit perises : faciemq; admouerit urbi  
Cepta refer . paulumq; nefas : & fœdera nocte

3  
Quis tales impune moras casus ue labor ue  
Attulerit . densam interea descendere noctem  
Iam maiore metu . tum uero & pallor & amēs  
Cum piceo sudore rigor . ceu pectora nautis  
Congelat hiberni uultus iouis agricolis ue :  
Cum coit umbra minax . comitis sic afficit error  
Alciden seuæ monitu meminisse noueræ .  
Continuo uolucris ceu pectora tractus asylo  
Emicuit calabris taurus per confraga septis  
Obuia quaq; ruens : tali se concitat ardens  
In iuga senta fugi . pauet omnis conscia late  
Silua . pauent montes . luctu succensus acerbo  
Quod struat alcides : tantaq; quid apparet ira .  
Ille uellut refugij quem contigit improba mauri  
Lancea : sanguineus uasto leo murmure fertur .  
Frangit & abscentem uacuis sub dentibus hostem .  
Sic furiis accensa gerens tiryntibus ora  
Fertur . & intento decurrit montibus arcu .  
Heu miseræ quibus ille feræ quibus incidit usq;  
Immeritis per lustra uiris . uolat ordine nullo  
Cunsta petens . nunc ad ripas deiectaq; saxi  
Flumina : nunc notas nemorum procurrat ad umbras .  
Rursus bylan : & rursus bylan per longa reclamat  
Auias . responsant siluæ . & uaga certat imago .  
At fortiis immota fides . austriisq; secundis  
Certa more . nec paruus bylas . quanq; omnibus eque  
Grata rudimenta herculeo sub nomine pendent .  
Illum omnes lacrimis : mestisq; reposcere uotis .  
Incertiq; metu nunc longas littore uoces  
Surgere . nunc seris ostendere noctibus ignes .  
Ipse uel excelsi cum densa silentia montis  
Strata : uel oblati ductor uidet equora uentis :  
Stat lachrymans . magnoq; uiri cunctatur amore .  
Illius incessus : habilemq; ad terga pharetram :  
Illum inter proceres : mestæq; silentia mensæ

Querit inops. quondam ingenti comprehensa trabentes  
Viuam manu: & diræ referentem monstra nouerca.  
Nec manus interea crudelis iapyga iuno  
Assidue mouet. & primis cum Iouibus offert.  
Iamq; moræ impatiens. cunctantes increpat ausus  
Tiphys. & oblato monet otia rumpere cursu.  
Ergo animum flexus dictis instantis iason  
Concedit. sociosq; simul sic fatur ad omnes.  
O utinam scythicis struerem cum funera terris:  
Vox mihi mentitas tulerit parnasia sortes.  
Agmine de tanto: sotius qui maximus armis  
Atoret: hanc iouis imperiis fatoq; teneri  
Ante procellosum scopulis errantibus equor.  
Nec dum fama uiri: nec certior extitit auctor.  
Verum agite. & dubiis uariant qui pectora curis  
Consulte: & motis seu uos uia flatibus urget  
Pergite. & inceptos mecum reuocate labores.  
Seu plures tolerare moras. rursusq; propinquis  
Quesiuisse iugis. pretium haud leue temporis acti.  
Dixerat & studiis iam dudum freta iuuentus  
Orat in ire uias. unum tanto obfore cetu.  
Nec minus in sese generis dextraq; potentes  
Esse ferunt. tali mentem pars maxima flatu  
Erigit. & uana gliscunt precordia lingua:  
Saltibus ut mediis. tum demum leta reducit  
Cerua gregem. tum gestit aper reboatq; superbis  
Comminus ura lupis: cum sese martia tygris  
Abstulit. aut curuo tacitus leo condidit antro.  
At pius ingenti telamon iam fluctuat ira:  
Cum fremitu senisq; ferens fera iurgia dictis  
Insequitur. magnoq; implorat numina questu  
Idem orans. prensatq; uiros. dimissaq; supplex  
Heret ad ora ducis. nil se super bercule fari:  
Sed soto quocunq; gemens. quanq; aspera fama  
Iam loca iamq; feras per barbara littora gentis

3  
Non alium contra alcidem. non pectora tanta  
Posse dari rursus instimulat. ducitq; fauentes  
Magnanimus calydone satus. potioribus ille  
Deteriora fouens. semperq; uniuersa tueri  
Durus. & haud ullis unq; superabilis equis  
Rectorum ue memor. non herculis inquit adempti  
Sed tuus inferos hæc nostra silentia questus  
Traxit honor: dum iura dares: dum tempora fandi.  
Septimus hic celsis descendit montibus auster.  
Iamq; ratem scithycis fors an statuisset in oris.  
Nos patriæ immemores maneant ceu nulla reuectos  
Gaudia. sed duro seuæ sub rege mycenæ  
Ad medium cunctamur iter. si finibus ullis  
Has tollerare moras & inania tempora possem:  
Regna hodie: & dulcem sceptris calidona tenerem  
Letus opum: pacisq; meæ tutusq; manerem.  
Quis genitor materq; locis. quid deside terra  
Hæremus. uacuos cur lassant equora uisus.  
Tu comitem alciden ad phasid. s amplius arua  
Astote: tu sotias ultra tibi rere pharetras.  
Non ea fax odiis: oblitaq; numine fesso  
Iuno sui noua tartareo fors semine monstra:  
Atq; iterum inachiis iam nuntius urget ab argis.  
Non datur hæc magni proles iouis. ac tibi pollux  
Stirpe pares castorq; manent. at cætera diuum  
Progenies. nec parua mihi fiducia gentis.  
Ast ego met quocunq; uoces. qua tegmina ferro  
Plura metam. tibi dicta manus. tibi quicquid in ipso  
Sanguine erit. iamq; hic operum quæ maxima posco.  
Scilicet in solis profugi stetit herculis armis  
Nostra salus. nempe ora eque mortalia cuncti  
Ecce gerunt. ibant equo nempe ordine remi.  
Ille uel in sano iam dudum turbidus estu:  
Vel parta iam laude tumens consortia famæ  
Despicit. ac nostris ferri comes abnuuit actis.

Vos quibus & uirtus: & spes in limine primo  
Tendite: dum rerum patiens calor. & rude membris  
Robur inest. nec enim solis dare funera colchis  
Sic satis: & tota pelagus lustrasse iuuenta.  
Spes mihi quæ talis potuit longissima casu  
Esse fuit. quis cunq; uirum perquirere siluis  
Egit amor. loca uociferans non ulla reliquit. |  
Nunc quoq; dum uario nutat sententia motu:  
Cernere deuexis redeuntem montibus opto.  
Stat lacrimis comitiq; datum quem sortibus eui  
Crede: uel in mediæ raptum tibi sanguine pugnae.  
Talibus ænides. urget simul incita dictis  
Heroum manus. ante omnes argiua uidebat  
Vincla rapi calais. furias miratur ouantum  
Æacides. multusq; uiri cunctantia corda  
Fert dolor. an sese comitem tam tristibus actis  
Abneget. & celsi merens petat ardua montis.  
Non tamen & gemitus & inanes desinit iras  
Fundere. quis terris prob iuppiter inquit achæis  
Iste dies. seui capient quæ gaudia colchi.  
Non bitum flatus. non ista superbia dictis:  
Littore cum patrio iam uela petentibus austris  
Cunctus ad alcidem uersus fauor. ipse iuuaret  
Ipse ducis curas. meritosq; subiret honores.  
Iam ne animis: iam gente pares. atq; inclyta uulgi  
Dextera. nulla fides. nulli super bercule fletus.  
Nunc portæonides. nunc dux mihi trachia proles.  
Aspera nunc pauidos contra ruit agna leones.  
Hanc ego magnanimi spoliū didymæonis hastam:  
Quæ neq; iam frondes uirides: neq; proferet umbras:  
Vt semel est auulsa iugis: ac matre perempta  
Fida ministeria & duras obit horrida pugnas  
Testor. & hoc omni ductor tibi numine firmo  
Sepe metu. sepe in tenui discrimine rerum  
Herculeas iam serus opes: spretiq; uocabis

Arma uiri. nec nos timida hæc tum dicta iuuabunt.  
Talibus eacides sotios terroribus urgens  
Illacrimat. multaq; comas deformat harena.  
Fata trabunt. raptusq; uirum certamine ductor  
Ibat. & obtenta mulcebat lumina palla.  
Hic uero ingenti repetuntur pectora luctu:  
Vt sotii sedere locis: nullæq; leonis  
Exuuiæ. tantiq; uacant uestigia transfri.  
Flet pius eacides. merent præantia corda.  
Ingemit & dulci frater cum castore pollux.  
Omnis adhuc uocat alciden fugiente carina:  
Omnis bylan medio pereuntia nomina ponto.  
Dat procul interea toto pater equore signum  
Forcys. & immanes intorto murice phocas  
Contrahit antra petens. simul & massylus & una  
Lictius. & calabris redit armentarius aruis.  
Illicet extremi nox littore solis biberas  
Condidit alta domos. & sydera sustulit aris.  
Flamina conticuere. iacet cum flatibus equor.  
Amphytrioniades nec quæ noua lustra requirat:  
Nec quo tentet iter: comitis nec fata parenti  
Quæ referat uidet: aut sotios qua mente reuifat.  
Vrit amor. solisq; negat decedere siluis.  
Non aliter gemitu quondam lea proles ademptæ  
Terga dedit. sedet in deuuis: inclusaq; longo  
Peruigilant castella metu. dolor atrahit urbes.  
Interea & misero manat iuba sordida luctu;

*Libex quartus*

Tq; ea non oculis diuum pater aplius equis  
Sustinuit. natiq; pios miseratus amores



Iunonem ardenti trepidam grauis increpat ira.  
Vt noua nunc tacito sub pectore gaudia tollunt:  
Heret inops. solisq; furit tiryntbius oris.  
At comite immemores minyæ facilesq; relicto  
Alta tenent. sic iuno ducem fouet anxia curis  
Aesonium. sic arma uiros sotiosq; ministrat.  
Iam quibus incertam bellis scythiceq; pauentem  
Gentis opes: quanta trepidam formidine cernam.  
Tum precibus. tum me lacrimis & supplice dextra  
Attemptare ueto. rerum mihi firma potestas.  
Infurias ueneremq; moue. dabit impia pœnas  
Virgo. nec o ethe gemitus patiemur in ultos.  
Dixit. & archano redolentem nectare rorem:  
Quem penes alta quies: liquidiq; potentia somni  
Detulit. inq; uagilibauit tempora nati.  
Ille graues oculos & bylan resonantia semper  
Ora ferens: ut nulla deum superare potestas  
Procumbit. tandem fessis pax reddita siluis.  
Fluminaq; & uacuis auditæ montibus auræ.  
Ecce puer. summa se tollere uisus ab unda  
Frondebis in croceis & iniquæ munere nymphæ:  
Stansq; super carum talis caput edere uoces.  
Quid pater in uanos absumis tempora questus.  
Hoc nemus. hæc fatis mihi iâ domus improba: quo me  
Nympha rapit: seuæ monitu iunonis in amnes.  
Nunc iouis accessus etiam mihi lumina cæli  
Conciliat. iungitq; preces & fontis honores.  
O dolor o dulces quas gessimus ante pharetras.  
Iam sotii letis rapuerunt uincula uentis:  
Hortator postq; furis & uoce nefanda  
Impulit ænides. uerum cum gente domoq;  
Ista luet. seuæq; aderunt tua numina matri.  
Surge age. & in duris aut unq; defice. cælo  
Mox aderis. teq; astra ferent. tu semper amoris  
Sis memor. & cari comitis ne abscedat imago.

Talibus orantem dictis uisuq; fruentem  
Ille ultro petit. & uacuis amplexibus instat.  
Languentisq; mouet frustra conamina dextræ.  
Corpus bebet somno. refugaq; eluditur umbra.  
Tum lacrimis tum uoce sequi. tū rumpere questus:  
Cum sopor & uano spes melta resoluitur actu.  
Fluctus ab undisoni ceu forte crepidine saxi  
Cum rapit alcyonis miseræ fœtumq; laremq;  
It super egra parens. queriturq; tumentibus undis:  
Certa sequi. quocunq; ferant. audetq; pauetq;  
Icta fatiscit aquis: donec domus haustaq; fluctu est.  
Illa dolens uocem dedit. & se sustulit alis.  
Haud aliter somni mestus labor. exilit amens.  
Effusiq; genas lacrimis rigat. ibimus inquit.  
Solutus & hos montes desertaq; lustra tenebis  
Care puer. nec res ultra mirabere nostras.  
Hæc fatus. relegitq; uias. & uallibus exit:  
Incertus quid iuno ferat: quas apparet iras.  
Nec minus & sotios cernit procul equore ferri  
Precipites. tacitumq; pudet potuisse relinqui.  
Iamq; iter ad tenedos: atq; hospita menia troiæ  
Flexerat iliaci repetens promissa tyranni:  
Cum mesto latona simul dianaq; uultu  
Ante iouem stetit. & supplex sic fatur apollo.  
In quem alium alciden: in quæ iam tempora differs  
Caucaseum rex magne senem? nullum ne malorum  
Finem adeo penæq; dabis? te cuncta precatur  
Gens hominum: atq; ipsi iam te pater optime mōtes:  
Fessaq; cum siluis orant iuga. fat tibi furtum  
Ignis: & æthereæ defensa silentia mensæ.  
Dixit. ubi e scopulis media inter pabula diri  
Vulturis ipse etiam gemitu mestaq; fatigat  
Voce iouem seuis reagens ambusta pruinis  
Limina. congeminat amnes rupesq; fragorem  
Caucasæ. stupet ipse dei clamoribus ales.

Tunc etiam superas acherunte auditus ad arces  
I apetus grauis orant proclamat erinyes  
Respiciens celsi legem iouis. ille dearum  
Fletibus & magno phœbi commotus honore  
Velocem ioseis demittit nubibus irim.  
Ipbrygas alcides: & troiæ differat arma.  
Nunc ait eripiat diræ titana uolucris.  
Diua uolat. deffertq; uiro celebranda parentis  
Imperia: atq; alacrem letis hortatibus implet.  
Iam minyæ mediis claræ per sydera noctis  
Fluctibus intulerant placido caua lintea cursu.  
Multaq; deserto memores super bercule uoluunt.  
Thracius at summa sotios e puppe sacerdos  
Fata deum: & miseræ solans incommoda uitæ  
Securum minyis agit & medicabile carmen.  
Quod simul assumpta pulsus fide luctus: & iræ:  
Et labor: & dulces cedunt e pectore nati.  
Interea magni iam iam subeuntibus astris  
Oceani genitale caput titania frenis  
Antra sonant. sol auricomus uergentibus oris  
Multifidum iubar & bissereno sydere textam  
Loricam induitur. ligat hanc: qui nubila contra  
Baltheus undantem uariat mortalibus arcum.  
Inde super terras: & eoi cornua montis  
Emicuit. traxitq; diem candentibus undis.  
Et minyas uiso liquerunt flamina phœbo.  
Proxima bebrycii panduntur littora regni  
Pingue solum: & duris regio non inuida tauris.  
Rex amycus. regis fati & numine freti  
Non muris cinxere domos non federa legum  
Vlla collunt: placidas aut iura tenentia mentes.  
Quales ætneis rabidi ciclopes in antris  
Nocte sub hiberna seruant freta: sicubi seuis  
A duectet ratis acta notis: tibi pabula dira  
Et miseræ polypheme dapes: sic undiq; in omnes

2  
Prospiciunt. cursantq; uias: qui corpora regi  
Capta trahant. ea neptunno trux ipse parenti  
Sacrifici pro rupe iugi media equora supra  
Torquet agens: ni forma uiris prestantior adsit.  
Tum legere arma iubet: sumptisq; occurere contra  
Ce. tibus. hæc miseri fors est equissima leti.  
Huc ubi deuectam neptunus gurgite puppem  
Sensit: & extremum nati prospexit in oras:  
Et quondam letos domini certamine campos  
Ingemit. & tales euoluit pectore questus.  
Infelix imas quondam mihi rapta sub undas:  
Nec potius magno melie tum mixta tonanti:  
Vsq; adeo ne meam quacumq; ab origine prolem  
Tristia fata manent. sic te olim pergere sensi  
Iuppiter: iniustæ quando mihi uirginis armis  
Concidit infelix: & nunc chaon implet orion.  
Nec tibi nunc uirtus. addet fiducia nostri  
Nate animos. opibusq; ultra nec crede paternis.  
Iam iam aliæ uires: maioraq; sanguine nostro  
Vincunt fata iouis: potior cui cura suorum est.  
Atq; ideo neq; ego hanc tumidis auertere uentis  
Tentauit: tenui ue ratem. nec iam mora morti  
Hinc erit ulla tuæ. reges preme dure secundos.  
Abstulit inde oculos. natumq; & tristia linquens  
Prelia sanguineo terras pater alluit estu.  
Principio fluuios: gentemq; & littora ductor  
Explorare iubet. paulumq; egressus echion  
Inuenit obscura gemitus inuale trahentem  
Clam iuuenem: & cesi merentem nomen amici.  
Ille uirum ut contra uenientem: umbrataq; uidit  
Tempora parrasio patris de more galero:  
Paciferæq; manu ne quicq; insignia uirgæ  
Heu fuge ait certo quicumq; es perditte passu:  
Dum datur. obstipuit uisu non acria proles:  
Quid ferat admirans. postq; remeare monentem

Ocius: & dictis perstantem cernit in isdem:  
Abripit. & lotis quæ sint ea promere cogit.  
Ille manum tendens: non hæc ait hospita uobis  
Terra uiri. non hic ullos reuerentia ritus  
Pectora. mors habitat. seuæq; hoc littore pugna.  
Iam ueniet diros amycos qui tollere cestus  
Imperet: & uasto qui uertice nubila pulset.  
Talis. in aduectos neptunni credita proles  
Eternum furit: atq; eque uirtutis egentes  
Ceum superum segnes ad iniqua altaria tauros  
Constituit: tandem ut misero lauet arma cerebro.  
Consulte. atq; fugæ medium ne temnite tempus.  
Namq; isti frustra quis nam concurrere monstro  
Audeat? & quæ nam talem uidisse uoluptas.  
Ductor ad hæc. bebryx ne uenis: diuersaq; regi  
Corda regens? melior uulgi nam sæpe uoluntas.  
Hostis. an externis fato delatus ab oris?  
Et tua cur amicus cestu nondum obruit ora?  
Nomen ait predulce mihi. nomenq; secutus  
Otreos. unanimi decus ille & leta tuorum  
Gloria. nec uestros comes aspernandus in actus:  
Hesionam & phrygiæ peteret cum gaudia nuptæ  
Hic amicum contra iussus stetit. atq; ego palmas  
Implicui. sed prima procul uix dum ora leuantis  
Fulminea frontem dextra: disiectaq; fudit  
Lumina: me nunq; leto dignatus & armis.  
Sed lacrimis potius luctuq; absumor inertis.  
Spes tamen his fando si nuntius extitit oris:  
Et mariandinum patrias penetrauit ad urbes:  
Vnde genus fraterq; uiro. sed & ille quierit:  
Ora nec a uanis cladem lycus augeat armis.  
Hæc ubi non nulla iuuenis formidine moti  
Accipiunt: dolet & dura. sic pergere mente.  
Terga sequi properosq; iubet coniungere gressus.  
Littore in extremo spelunca apparuit ingens

Arboribus super & dorso contestata minanti:  
Non quæ dona deum: non quæ trahat etheris ignem.  
Infelix domus. & sonitu tremebunda profundi  
Ut uariu pro rupe metus. hinc trunca rotatis  
Brachia raptæ uiris: strictoq; immortalia cestu.  
Ossaq; tetra situ. capitum mestissimus ordo.  
Respicias quibus aduerso sub uulnere nulla  
Iam facies. uel uomen erat media ipsius arma  
Sacra metu: magniq; aris imposta parentis  
Hospitis. hic primum monitis rediere timantis  
Et pauor & monstri subiit absentis imago.  
Atq; oculos cuncti inter se tenuere sileutes:  
Donec sidereo pollux in territus ore.  
Te tamen hæc quicumq; es ait formidine saxo  
Iam tua silua ferat: modo sint tibi sanguis & artus.  
Omnibus idem animus forti decernere pugna.  
Exoptantq; uirum: contraq; occurrere poscunt.  
Qualiter ignotis spumantem funditus amnem  
Pandit iter. mox omne pecus formidine pulsa  
Pone subit. iamq; & mediis precedit ab undis.  
At procul e siluis sese gregibusq; ferebat  
Seuus in antra gigas: quem nec sua turba tuendo  
It tanti securo metus. mortalia nuscq;  
Signa manent. instar scopuli: qui montibus altis  
Summus abit: longeq; iugo stat solus ab omni.  
Deuolat inde furens. nec quo uia cur ue profecti  
Nec genus ante rogat. sed tali protonat ira.  
Incipite. o iuuenes. & enim fiducia credo  
Huc tulit. auditas & sponte laceffit oras.  
Sin errore uia: nec dum mens ignara locorum:  
Hic mihi lex cestus: aduersaq; tollere contra  
Brachia. sic ingens asæ plaga: quiq; per arcton  
Dexter: & in leuum pontus iacet hæc mea uisat  
Hospitia. hoc cuncti remeant certamine reges.  
Neptunni domus. atq; ego met neptunna proles.



Iam pridem cestu refides: & frigida raris  
Dentibus aret humus. qui mecum federa iunget  
Prima manu? cui dona fero? mox omnibus idem  
Ibit bonos. fuga sub terras. fuga nulla per auras.  
Nec lacrimae nec forte preces superi ue uocati  
Pectora nostra mouent. aliis rex iuppiter oris  
Faxo. bebrycium nequeat transcendere puppis  
Villa fretum. & ponto uolitet symplegas. inani.  
Talia dicta dabat: cum protinus asper iason:  
Et simul eacides. simul & calydonis alumni:  
Nelidesq; idasq; prior. quæ maxima surgunt  
Nomina. sed nudo steterat iam pectore pollux:  
Cum pauor & gelidus defixit castora sanguis.  
Nam nec ad elei pugnam uidet ora parentis  
Nec sonat æbalius cauee fauor aut iuga nota  
Taygeti labitur patrios ubi uictor ad amnes  
Nec pretium sonipes aut sacre taurus harene  
Premia. sed manes reclusaq; ianua leti  
Illum amicus. nec fronte ducem nec mole tremendū  
Vix dum etiam prime spargentem signa iuuenta  
Ore renidenti lustrans obit. & fremit ausum  
Sanguineosq; rotat furiis ardentibus orbes  
Non aliter iam regna poli. iam capta typhæus  
Astra ferens bachum ante acies primamq; deoz  
Pallada. & oppositos doluit sibi uirginis angues  
Sic adeo insequitur rabidoq; ita murmure terret  
Quisquis & infelix celera puer haud tibi pulchre  
Manferit hoc ultra frontis decus ora ne matri  
Nota feres tu ne e sotiis se lectus iniquis  
Tu ne amici moriere manu nec plura moratus  
Ingentes humeros. spatiosaq; pectoris ossa  
Protulit horrendosq; toris informibus artus  
Deficiunt uisumq; in se miratur & ipse  
Tyndarides redit alcide iam sera cupido  
Et uacuos mesto lustrarunt lumine montes

At satus equoreo fatur tunc talia rege  
Aspice & hæc crudis durata uolumina tauris  
Nec pete sortis opem sed quos potes indue cestus  
Dixit & urgentis. post sera piacula fati  
Nescius extremum hoc armis innectere palmas  
Dat famulis dat & ille lacon odia aspera surgunt  
Ignotis prius. atq; incensa mente feruntur  
In medius sanguis iouis & neptunna proles  
Hinc. illinc dubiis intenta silentia uotis  
Et pater orantis cesorum tartarus umbras  
Nube caua. tandem ad merite spectacula pugne  
Emitit summi nigrescunt culmine montis  
Continuo bebryx malee uelut arce fragosa  
Turbo rapax. uix ora uirum. uix tollere passus  
Bracchia. torrenti preceps agit undiq; nimbo  
Cursibus in uoluens totaq; immanis harena  
Insequitur uigil ille metu. cum pectore & armis  
Huc alternus. & huc semper ceruice reducta  
Semper & in digitis & summi puluere campi  
Proiectusq; redit. spumanti qualis in alto  
Pliade capta ratis trepidi quam sola magistri  
Cura tenet rapidum uentis certantibus equor  
Intemerata secat pollux sic prouidus ictus  
Seruat. & æbalio dubium caput eripit ense  
Ut deinde urgentes effudit nubibus iras  
Ardoremq; uiri paulatim insurgere ferro  
Incitat & summos manibus deducere cestus  
Ille dies egros amici sudoribus artus  
Primus & arenti cunctantem uidit biatu  
Nec sua defessum noscunt loca. nec sua regem  
Agmina respirant ambo paulumq; reponunt  
Brachia. ceu lapytas aut pœnas equore in ipso  
Cum refouet fixaq; silet graduius in hasta  
Vix steterant. & iam ecce ruunt. inflictaq; late

Terga sonant noua ius iterum noua corpora surgunt  
Hunc pudor hunc noto iam spes audentior hoste  
Initimulant fumant crebro precordia pulsu  
Auiam resposant gemitu iuga. peruigil ut cum  
Artificumq; notata manus & fulmina cyclops  
Profubigit pulsus strepitant in cudibus urbes  
Emicat hic. dextramq; parat. dextramq; minatur  
Tyndarides redit huc oculis & pondere bebryx  
Sic ratus. ille autem celeri rapit ora sinistra  
Conclamant sotii: & subitas dant gaudia uoces  
Illum in sperata turbatum fraude furentem  
Oebalides prima refugit dum detonat ira  
Territus ipse etiam atq; ingentis conscius ausi.  
Sequit in ops amicus. nullo discrimine sese  
Precipitans auidusq; uiri respectat ouantes  
Quippe procul minyas. cestu uelatus uti oq;  
Inruit hos inter. pollux subit: & trucis ultro  
Aduolat ora uiri. nec spes effecta sed an. be  
Inspectu cecidere manus. hoc sauior ille  
Ecce iterum uacuas agit in consulta per auras  
Brachia sentit enim pollux rationis egentem  
Dat genibus iunctis latus effusumq; secutus  
Haud reuocare gradum patitur turbatq; premitq;  
Ancipitem crebros & liber congerit ictus  
Desuper aduerso sonat omni uulnere uertex  
Incliuus ceciditq; malis. iam tempora manant  
Sanguineeq; latent aures uitalia donec  
Vincula qua primo ceruix committitur artu  
Soluunt dextra grauis. labentem propulit heros  
Ac super insistens pollux ego missus amyclis  
Et ioue natus ait. nomen mirantibus umbris  
Hoc referes. sic & memori noscere sepulcro  
Bebrycas. ex templo spargit fuga nullus adempti  
Regis amor montem celeres siluamq; capessunt

Hæc fors. hæc amicum tandem manus arguit ausis  
Efferam seruantem ponti loca. uimq; uiuente  
Continuam & magni sperantem tempora patris  
Tenditur ille ingens hominum pauor aruaq; late  
Occupat. annosi ueluti si decidat olim  
Pars erycis. uel totus athos qua mole iacentis  
Ipse etiam expleri uictor nequit oraq; longo  
Comminus optutu mirans tenet. & manus omnis  
Heroum densis certatim amplexibus urgent  
Armaq; ferre iuuat fessalq; ad tollere palmas  
Salue uera iouis. ueri o iouis undiq; proles  
Ingeminant o magna nimis memoranda palestris  
Taygeta & primi felix labor ille magistri  
Dumq; ea dista ferunt. tenues tamen ire cruores  
Siderea de fronte uident. nec sanguine pollux  
Territus aduerso siccabat uulnera cestu  
Illius excelsum ramis caput. armaq; castor  
Implicat & uiridi connectit tempora lauro  
Respicensq; ratem patriis ait has precor oris  
Diua refer frondes. cunq; hac freta curre corona  
Dixerat hinc ualida cedunt armenta bipenni  
Profusiq; sacro placati gurgitis amne  
Graminea sternuntur humo tunc liba dapesq;  
Fronibus adcumulant exsortia terga laconi  
Ptecipiunt pecudum toto mox tempore mense  
Letus ouat. nunc laude uirum. nunc uatis honoro  
Carmine uictori geminans cratera parenti  
Iamq; dies aureq; uocant rursusq; cepeffunt  
Aequora. qua rigidos eructat bosphoros amnes  
Illos Nile tuos non dum dea gentibus io  
Transierat fluctus unde hæc data nomina ponto  
Tum pius æagri claro de sanguine uates  
Admonita genitrice refert casusq; locorum  
Inachidosq; uias. pelagusq; emensa iuuenice  
Exilia. intentisq; canit uid. se priores

Sæpe iouem terras. argiuq; regna pelagum  
Virginis iasie blandos descendere ad ignes  
Sentitiuno dolos curaq; accensa iugali  
Aethere desiluit dominam lyrcia tellus  
Antraq; deprensæ tremuerunt conscia culpe  
Cum trepida inachie pellex subit ora iuence  
Sponte dei plausu fouet hanc & pectora mulcet  
Iuno renidenti cobibens suspiria uultu  
Mox ita adorta iouem da quam modo dixibus argis  
Campus alit prime referentem cornua phaebes.  
Indomitamq; bouem da care munere nupte  
Ipsa ego dilecte pecudi iam pascua digna  
Precipuosq; legam fontes. qua fraude negaret.  
Aut quos inuentos timuisset iuppiter astus  
Muneris illa potens. custodem protinus argum  
Adiungit custos argus placet inscia somni  
Lumina non aliter lucent cui uertice quam si  
Lyda nurus sparso telas maculauerit ostro  
Argus. & in scopulos. & monstris horrida lustra  
Ignotas iubet ire uias heu multa montem  
Conantemq; preces. inclusaq; pectora uerba  
Ultima tum patrie cedens dedit oscula ripe  
Fleuit amymone. flerunt messonides unde  
Fleuit. & effusis reuocans hymperia lacertis  
Illa ubi uel fessi tremere erroribus artus  
Vel rueret summo iam frigidus ethere uesper  
Heu quotiens saxo posuit latus. aut ubi longa  
Egra siti quos ore lacus quæ pabula carpsit  
Verbere candentes quotiens exhorruit aëmos  
Quin & ab excelso medicantem uertice saltus  
Audentemq; mori ualles citus egit in imas  
Argus. & arbitrio durus sperauit herili  
Cum subito arcadio sonuit cana fystula ritu  
Imperiumq; patris celerans cylenius ales  
Aduenit & leni modulatur carmen auena

Quoq; ait. hic diuersus abis. heu respice cantus  
Haud procul insectans argum languentia cantu  
Lumina cuncta notat dulcesq; sequentia somnos  
Et celerem mediis in cantibus exigit harpen  
Iamq; resecta ioui paulatim in imagine prisca  
Ibat agris io. uictrix iunonis & ecce  
Cum facibusq; pyrhisq; & tartareo ululatu  
Tethiphonem uidet ac primo uestigia uisu  
Fugit & immisere rursus bouis ora recurrit  
Nec qua uelle memor nec quo se uertice sistat  
Inachias errore etiam defertur ad undas  
Qualis & a prima q̄tum mutata iuuenca  
Nec pater aut trepide temptant accedere nymphe  
Ergo iterum siluas. iterum petit in uia retro  
Ceus styga dilectum fugiens caput inde per uibes  
Rapta furens graias atq; ardua flumina ripis  
Oblato donec paulum cunctata profundo  
Incidit absistunt fluctus & gnara futuri  
Dant pauide alta uiam celsis procul ipsa resulget  
Cornibus ac summa palearia sustinet unda  
Ast herebi uirgo ditem uolat æthere memphum  
Precipere & pharia uenientem pellere terra  
Contra nilus adest & toto gurgite torrens  
Tethiphonen agit atq; imis inlidit harenis  
Ditis opem. ac seui clamantem numina regni  
Apparent. sparseq; faces disiectaq; longe  
Verbera & abruptis excussi crinibus hydi  
Nec iouis interea cessat manus intonat alto  
Insurgens cælo genitor. curamq; fatetur  
Atq; ipsa imperium iuno pauet hæc procul io  
Spectat ab arce poli iam cliuis addita iamq;  
Aspide cincta comas. & ouanti persona sistro  
Bosphoron hinc ueteres errantis nomine diue  
Vulgauere iuuet nostros nunc ipsa labores  
Immissisq; ratem. sua per freta prouehat auris



Dixerat & placidi tendebant carbasa uenti  
Postera non cesse minyas aurora retexit  
Noctis iter. noua cuncta uident thynneaq; iuxta  
Littora fatidici penis horrentia phinei  
Dura deum. summoq; suis urgebat in euo  
Quippe neq; extrorem tantum nec lucis egentem  
Insuper hippocides harpie iraq; tonantis  
Depopulant. ipsoq; dapes predantur ab ore  
Talia prodigia & tales pro crimine penas  
Perpetitur spes una seui quod pellere seuam  
Quondam fata luem dederant aquilone creatis  
Ergo ubi iam minyas certamq; accendere phineus  
Sentit opem primas baculo defertur ad undas  
Vestigatq; ratem. atq; oculos ad tollit inanes  
Tunc tenuē spirans animam salue o mihi longum  
Expectata manus. nostrisq; ait agnita uotis  
Nouimus. & diuis geniti quibus & mea iussos  
Quæ ferat ac uestri rebar sic tempora cursum  
Proxima quæq; legens quantum uulcania lenos  
Traxerit. infelix. tulerit quæ cizicus arma  
Sensi & bebrycio supremam in littore pugnam  
Iam propior. iamq; hoc animam solamine mulcens  
Non ego nunc magno quod cretus agere ore phineus  
Aut memorem mea quod uates infedit apollo  
Pectora: presentis potius miserescite fati  
Nec mihi diuersis erratum casibus orbem  
Amiffas aut flere domos. aut dulcia tempus  
Lumina. consuetis rerum est exordine fatis  
Ingemere harpie semper mea pabula seruant  
Fallere quas nusquam misero locus. illicet omnes  
Deueniunt. niger in torto ceu turbine nimbus  
Iamq; alis procul & sonitu mihi nota celeno  
Diripiunt uerruntq; dapes predataq; turbant  
Pocula flagrat odor surgitq; miserima pugna  
Parsq; mihi monstrisq; fames spreuere quod omnes

Polluerintq; manu quod quod unguibus excidit auris  
Has mihi fert in luce moras. nec rumpere fata  
Morte licet. trahitur uictu crudelis egestas  
Sed uos obseruate precor predicta deorum  
Si non falsa mihi. nos finem inponite penis  
Nempe adsunt qui monstra fugent aquilonia proles  
Non externa mihi nam rex ego diuitis bebbri  
Iunctaq; nostra meo quondam cleopatra cubili  
Nomen ad actee calais zetesq; sororis  
Profiliunt zetesq; prior quem cernimus inquit  
Tu ne ille odrysie phyneus rex inclytus ore  
Tu phæbi comes & nostro dilecte parenti  
O ubi nunc regni generisq; ubi gloria quam te  
Exedit labor & miseris festina senectus  
Quin age mitte preces. namq; est tibi nostra uoluntas  
Si non ira deum uel si placabilis urget  
Sustulit hic geminas phineus ad sidera palmas  
Teq; ait iniusti quæ nunc premit ira tonantis  
Ante precor nostre tandem iam parce senecte  
Sit modus. & fore credo equidem nam nostra uoluntas  
Quod iuuenes siue pace deum. nec credite culpam  
Scuitie scelerum ue mihi nunc crimina pendi  
Fata loquax mentemq; iouis quæq; abdita solus  
Consilia. & terris subito uentura parabat  
Prodideram miserans hominum genus. nunc mihi tanta  
Pestis. & effuse medie interdicta tenebre  
Iam tandem cessere ire. nec casus ab alto  
Ipse uolens nostris sed uos deus appulit oris  
Sic ait & fatis ita iam cedentibus omnes  
Impulit & dure commouit imagine pene  
Instituere toros. mediisq; tapetibus ipsum  
Accipiunt circumq; iacent simul equora seruant  
Astra simul. uesciq; iubent amittere curas  
Cum subitus misero tremor. & pallentia prime  
Ora senis fugere manus. nec prodita pestis

Ante sed in mediis dapibus uidere uolucres  
Flagrat acerbus odor. patrisq; expirat auerni  
Halitus unum omnes incessere planctibus unum  
Infestare manus inhyat cocitia nubes  
Luxurians. ipsoq; ferens fastidia uisu  
Tum sola colluue atq; inlusis stramina mensis  
Feda rigant stridunt ale predaq; retenta  
Seuit utrinq; fames. nec solum horrenda celeno  
Phinea sed miseras etiam prohibere sorores  
Emicat hic subito seseq; aquilonia proles  
Cum clamore leuat genitor simul impulit alas  
Hoste nouo turbata lucis. lapseq; ruine  
Faucibus. & primum pauide phinea tecta  
Peruolitant mox alta petunt. stant littore fixi  
Hæmonide atq; oculis palantia monstra secuntur  
Sic ubi prorupti tonuit cum forte ueseui  
Hesperie letalis apex uix dum ignea montem  
Torsit hyems iamq; eoas cinis induit urbes  
Turbine sic rabido populos atq; equora longe  
Trans abeunt nullaq; datur considere terra  
Iamq; & ad ionii metas. atq; intima tendunt  
Saxa uocat magni strophadas nunc incola ponti  
Hic fesse lethiq; metu prioris anbele  
Dum trepidant humiliq; graues timidoq; uolatu  
Implorant clamore patrem typhona nefando  
Extulit adsurgens noctem pater. unaq; summis  
Miscuit & mediis uox exaudita. tenebris  
Iam satis huc pepulisse deas. cur tenditis ultra  
Infamulas seuire iouis quas fulmina quanq;  
Aegidaq; ille gerens. magnas sibi legit in iras  
Nunc quoq; agnoreis idem decedere tectis  
Imperat agnoscunt monitus iussaq; recedunt  
Mox tamen & nobis similis fuga cum premet argos  
Letifer harptie. nunq; noua pabula querent  
Donec erunt diuum meritæ mortalibus iræ.

Hesit uterq; polo: dubiisq; elanguit alis.  
Mox abit. & iotæ uictor petit agmina puppis.  
Interea mynye pulsa lue prima tonanti  
Sacra nouant. tum uina toris epulasq; reponunt.  
Ipie interm dios seu dulcis imagine somni  
Letus ad oblitæ cereris suspirat honores.  
Agnoscat bacchi latices. agnoscat & undam.  
Et noua non pauide miratur gaudia mense.  
Hunc ubi recliuem stratis & pace furentem  
Aspicit a longe ducentem obliuia pœnæ:  
Talibus appellat: supplexq; ita fatur iason.  
Vota senex perfecta tibi. nunc me quoq; curis  
Erripe. & ad nostros animum conuerte labores.  
Omnis ad huc fors leta quidem nec r uimine uano:  
Siqua fides curæ superum tantum equor adorti  
Tendimus. ipsa mihi puppem iouis optima proles  
Instituit: sotiosq; dedit saturnia reges.  
Fidere mens sed nostra nequit cū tumq; propinquat  
Phasis: & ille operum sūmus labor: hoc magis argūt  
Proxima. nec uates. sat iam mihi mopsus & idmon.  
Ille ducem nec ferre preces: nec dicere pasum  
Amplius. hic demum uittas laurumq; capeffit  
Numina nota ciens. stupet a sonis inclyta proles.  
Phinea te numq; penis nullaq; grauatum  
Peste iouis sic largus honos. tantum illa senectæ  
Maestas infusa. uigor nouus auxerat artus.  
Tum canit o terras fama uenture per omnes:  
Quem sotis ducibusq; deis: atq; arte benigna  
Pallados ipse ultro pelias ad sydera tollit.  
Demers dum profugi non sperat uellera phixi  
Fata locosq; tibi possum quas reddere gentes  
Expediam rerumq; uias finemq; docebo.  
Ipse etiam qui me prohibet sua pandere terris  
Sæcula te propter fandi mihi iuppiter auctor.  
Hinc iter ad ponti caput: errantesq; per altum.

Cyaneas. furor hic medio concurrere ponto:  
Nec dum ullas uidere rates. sua comminus actæ  
Saxa petunt cautesq; tuas: cum uincula mundi  
Ima labant. tremere ecce solum tremere ipsa repente.  
Tecta uides. illæ redeunt. illæ equore certant.  
Dum tibi progresso propius dii forsitan ipsi  
Auxilium mentemq; dabunt. ast ipse iuuare  
Ausu quibus monitis possim tua. quippe per altum  
Tendis: unde procul uenti: procul unde uolucres.  
Et pater ipse maris pauidas detorquet habenas.  
Siqua breuis scopulis fieret mora: si semel orsis  
Villa quies: fuga tunc medio properanda recursum.  
Vix repetunt primæ celeris confinia terræ:  
Iamq; alio clamore ruunt. omnisq; tenetur  
Pontus: & infestis anceps cum montibus errat.  
Verum animo redit illa meo fors cognita diuis.  
Fallor enim nec spe dubios solabor inani:  
Cum mihi tartareas seuo clangore uolucres  
Protulit ira iouis. uox hæc simul excidit aures.  
Ne uanas impende preces. finemq; malorum  
Expete agenoride. pontum penetrauerit ulla  
Cum ratis: & rabidi steterint in gurgite montes:  
Tunc sperare modum pœnæ ueniamq; licebit.  
Sic deus. aut uobis ergo fera saxa patescunt:  
Aut mea iam seuæ redeunt ad pabula diræ.  
Verum inter medias dabitur sic curere cautes:  
Certe digna manus: uacuumq; exibat in equor  
Proxima regna lyci remeat qui uictor ab oris  
Bebryciis. toto non ullus littore ponti  
Mitio. hic lecto comitum de robore si quem  
Pretulerit uicina lues. ne defice casus  
Predicti memor. atq; animos accinge futuros.  
Illic pestiferas subter iuga concaua torquet  
Altera. quas acheron. uastoq; exundat hiatu.  
Fumeus: & sæua sequitur caligine campus.

Linque grauem fluuium. & miseris sua fata colonis.  
Sic quoq; non uno dabitur transcurrere luctu.  
Quid tibi nubifera surgentem rupe carambim.  
Quid memorem quas iris aquas aut torqueat acon:  
Proxima thermoodon hic iam secat arua memento.  
Inclita amazonidum: magnoq; exorta gradiuo  
Gens ibi: femineas nec tu nunc crede cateruas.  
Sed qualis & quanta uiris insultet enyo:  
Diuq; gorgonei gestatrix innuba monstri.  
Nec tibi nunc horrenda rapax ad littora puppem  
Ventus agat: ludo uolitans cum turma superbo  
Pulueris exultat equis. ululataq; tellus  
Intremit: & pugnas mota pater incitat hasta.  
Non ita sit metuenda tibi: seuissima quamq;  
Gens calibum: duris patiens cui cultus in aruis:  
Et tonat afflicta semper domus ignea massa.  
Inde omnem innumeri reges per littoris oram:  
Hospitii quis nulla fides. sed limine recto  
Puppis: & æquali transcurrat carbasus aura.  
Sic demum rapidi uenies ad phasidis amnem.  
Castra ibi iam scythiæ fraterna q; surgit erynis.  
Ipse teuces illic colchos: hostemq; iuuabis  
Auxiliis. nec plura equidem discernina cerno.  
Fors etiam optatam dabitur contingere pellem.  
Sed te non animis nec solis uiribus æquum  
Credere sæpe acri potior prudentia dextra.  
Quam tulerit deus: arripe opem. iamq; ultima nobis  
Promere fata nefas sileo. precor. atq; ita facto  
Fine dedit tacitis iterum responsa tenebris.  
Tum subita resides sotios formidine iason  
Precipitat rumpitq; moras tempusq; timendi.  
Ipse uiros gradiens ad primi littoris undam  
Prosequitur phineus. quæ nam tibi præmia dixit:  
Quis decus oboree possem persoluere grates.  
Me pangea super rursus iuga. meq; paterna

Stare tyro: dulcesq; iterum mihi surgere soles  
Nunc reor. exactæ uerum ne abiere uolucres.  
Nec metuam tutæq; dapes date tangere uultus  
Definite amplexus. propiusq; accedite dextræ.  
Dixerat. abscedunt terris. & littora condunt.  
Omnibus extemplo sæua sub imagine rupes  
Cyaneæ propiorq; labor: quando ad fore quaq;  
Parte putent. stant ora metu. nec fassa recedunt  
Lumina diuersas circum seruantibus undas.  
Cum procul auditus sonitus. insanaq; saxa.  
Saxa neq; illa uiris. sed precipitata profundo  
Syderei pars uisa poli. dumq; otius instat  
Ferre fugam maria ante ratem maria ipsa repente  
Dicere: aduersosq; uident descendere montes.  
Omnibus & gelida rapti formidine remi.  
Ipse per arma uolans & per iuga summa carinæ  
Hortatur supplexq; manus intetendit iason  
Nomine quenq; premens. ubi nunc promissa superba  
Ingentesq; minæ: mecum quibus ista secuti  
Idem animos certe uiso timor omnibus antro  
Pertulerat. stetimus tamen. & deus affuit ausis.  
Quin iterum idem aderit credo deus. hæc ubi fatum  
Corripit abiecti remumq; locumq; phaleri.  
Et trahit: insequitur flammata pondere uentum.  
Vnda laborantes preceps rotat. ac fuga ponti  
Obuia miscentur rupes. iamq; æquore toto  
Cyaneæ iuga precipites illisa remittunt.  
Bis fragor infestas cautes aduersaq; saxis  
Saxa dedit. flamma expresso bis fulsit in imbri.  
Sic ubi multifidus ruptis e nubibus horror  
Effugit: et tenebras nimbosq; intermicat ignis:  
Terrificiq; ruunt tonitrus: elisq; noctem  
Lux dirimit: pavor ora uirum pavor occupat aures:  
Haud secus impleuit pontum fragor. effluit imber  
Spumeus: et magno puppem procul æquore uestit.

Adiurtere dei: defixaq; numina ponto.  
Quid scopulis preclua ratis: quid dura iuuentus  
Expediat. pendet magnis fauor ortus ab ausis.  
Prima coruscanti signum dedit ægide uirgo  
Fulmineam iaculata facem. uix dum ardua cautes  
Ceiserat. illa uolans tenui per concita saxa  
Luce fugit. cecidere uiris animiq; manusq;  
Ut uidere uitam. sequor o quicumq; deorum  
Aesonides. uel fallit ait. precepsq; fragores  
Per medios ruit: & fulo se condidit antro.  
Cæperat intendens adductis montibus unda  
Ferre ratem: pelagoq; dies occurrere aperto.  
Sed neq; permisis iam fundere rectori habenis  
Vela: nec emitti remis pote. cum super adiunt  
Cyaneæ: premit umbra ratem: scopuliq; feruntur  
Comminus. hic iuno precepsq; ex ethere pallas  
Intiliunt pariter. scopulos hinc nata coeicet.  
Hinc coniunx iouis: ut ualido qui robore tauros  
Sub iuga & in uito detorquet in ilia cornu.  
Inde uelut mixtis uulcanius ardor hareris  
Verfet aquas: sic una fremunt. fluctuq; coacto  
Angitur: & clausum scopulos super effluit equor  
Contra omnes ualidis tenui discrimine remis  
Pergere iter: mediosq; ratem transferre per iclus.  
Saxa sed extremis tamen increpuere corymbis.  
Parsq; nefas deprensa iugis. iam caetera celo  
Debita. conclamant minæ. latera utraq; quippe  
Distulisse putant. fugit ipse nouissimus iclus  
Tiphis. & e mediis sequitur freta rapta ruinis.  
Nec prius obscellum scopulis respexit ad equora  
Aut sotiis temptata quies: nigrantia quam iam  
Littora longinqui quæ exirent flumina phæbi.  
Tunc fessas polluere manus. tunc arida anbeli  
Pectora: discussa quales formidine auerni  
Alcides theiuseq; comes pallentia iungunt



Obscuro uix primis amplexus luminis oris.  
Nec uero ipse metus curasq; resolvere ductor:  
Sed maria aspectans. heu qui datus iste deorum:  
Sorte labor nobis: seruum ut ueniamus ad amnem  
Phasidis: & mites inquit dent uellera colchi.  
Vnde per hos iterum montes fuga? talia fundit  
Imperio fixus iouis eternumq; reuinctus  
Nescius & fati. certa nam lege manebant:  
Siqua per hos undis unquam ratifisset apertis.  
Tum freta quæ longis fuerant imperiua seclis:  
Ad subitam stupuerat. pontiq; iacentis  
Omne solum regesq; patent gentesq; repostæ.  
Non alibi effusis cesserunt longius undis  
Littora: nec tantas quamuis tyrhenus & ægon  
Voluat aquas: geminis & desint syrtebus undæ.  
Nam super huc uastos tellus quoq; congerit amnes.  
Non septem gemini memorem quas exiens istris:  
Quas tanais flauusq; lyses hypanisq; nomasq;  
Addat opes? quantosq; sinus meotia laxent  
Equora. flumineo sic agmine fregit amari  
Vim salis. hinc boree cedens glaciatis auris  
Pontus: & extorta facilis concretae bruma.  
Vtq; uel immotos ursæ rigor inuebat amnes:  
Vel freta uersa uadis: hiemem sic unda per omnem  
Aut campo iacet: aut tumido riget ardua fluctu.  
Atq; hac europam curuis anfractibus angit.  
Huc asiam scythicum specie sinuatus in arcum.  
Illic umbrosæ semper stant equore nubes:  
Et non certa dies: primo nec sole profundum  
Soluitur: aut uernis cum lux equata tenebris.  
Sed redit extremo tandem in sua littora tauro.  
Iam mynias diris auertit puppis harenis:  
Atq; celer terras regemq; exquirat echion  
Dicta ferens. lectos fama est si nominis unq;  
Hæmonii subiisse uiros. det littora fessis

At properat lycus auditis letatus achinis.  
Actum alæoniden omnemq; in regia turbam  
Tecta trahit. modo bebrycius prefixa trophæis  
Mitis: & in mediis effatur talia grauis  
Haud temere est factum diuum reor ad mea uentos  
Littora nos. diuum quibus atq; ea mira furentis  
Bebryciæ: sæuæq; pares de gente triumphæ.  
Certa fides animis: idem quibus incidit hostis.  
Hos quoq; nos amicum. tanto procul orbe remoti  
Senimus. & sæuis frater mihi lusus harenis.  
Vltor ego. atq; illuc cunctis accensus in armis  
Tunc aderam: cum nos mediis contenta ferebant  
Vela fretis. illum in sanie taboq; recenti  
Vidimus æquoreo similem per littora monstro.  
Nec uero præcepta mihi suprema tyranni  
Fata queror: bello ue magis letarer & armis  
Procubuisse meis: quam lege quæ accidit ultus  
Ipse sua. meritoq; madent quæ sanguine cætus.  
Excipit æsonides. tuus ergo in montibus ignis:  
Ille tuas acies medio de gurgite uidi  
Fatus & ostentans prolem iouis. hic tibi pollex  
En ait: in uiso soluit qui pectore penas.  
Ille uirum circa mirantia lumina uoluit.  
Festa de hinc mediis ineunt conuiuia tectis:  
Cõmunemq; uocant superos: quorum eruta nutu  
Bebrycia. & uotis pariter prædæ feruntur;

Læta lux haud læta uiris emerit olympo.  
Argolicus morbis fatiq; rapacibus idmon  
Labitur extremi sibi tum non inscius eui.  
At memor æsonides nimium iam uera locuti  
Phineos: hinc alios raptos pauet idmone iustus.  
Tum comiti pia iusta tulit. celataq; multa



Arte d'leonii donat uelamina regis.  
Hospes humum sedemq; licus. Aens arma reuellit  
Hidmonis e celsa moplus rate. robora cedunt  
Pars siluis: portantq; aræ. pars auguris alba  
Fronde caput uitisq; ligant. positumq; pberetro  
Congemuere dies. simul & suus admouet omnes  
Ecce inter lacrimas: interq; extrema uirorum  
Munera quenq; cursus penes imperiumq; carinæ  
Tiphin agit uiolenta lues. cunctiq; pauore  
Attoniti fundunt mestas ad sydera uoces.  
Arcipotens aduerte precor nunc deniq; apollo  
Hoc pater. hoc nobis refoue caput: ulla laboris  
Si nostri te cura mouet: qui cardine summo  
Vertitur: atq; omnis manibus nunc pendet ab imis.  
D'cta dabant uentis. nec debita fata mouebant.  
Qualem precipiti grauidum iam sorte parentem  
Natorum flet parua manus. trepidiq; precantur:  
Daret ut in ualidis: & adhuc genitoris egenis.  
Haud aliter sotii supremo in tempore tiphin  
Ante alios superesse uolunt. mox frigida contra  
Urget. & ille recens oculis interuolat hidmon.  
Exanimum frustra minye clamore morantur.  
Auelliq; negant. uix membra rigentia tandem  
Imposuere rogo. lacrimasq; & munera flammis  
Vna ferunt. crescit donis feralis aceruus.  
Ut uero amplexus fessi rupere supremos:  
Et rapidæ sonuere faces: tunc ipsa cremari  
Visa ratis: medioq; uiros deponere ponto.  
Non tulit esonias. geminis flagrantia cernens  
Corpora cara rogis: sed pectore ductor ab imo  
Talia uoce gemit. quid tantum in fensa repente  
Numina: quas nostri penas meruere labores.  
Bina nefas toto pariter mihi funera surgunt  
Littore. magna adeo comitum numerosaq; pubes.  
Aut sotios rapit atra dies: aut ipse relinquo

Sontibus impulsus furis. ubi typhis. ubi hidmon  
Fata canens. ubi monstriferæ parille nouerçæ.  
Te tunc tespiade nos ulla mouebimus ultra  
Aequora: nec summa speculantem puppe uidebo:  
Pleiadumq; globos & agentes noctibus arctos?  
Cui minyas: caramq; ratem: cui sydera tradis?  
Carpere securas quis iam iubet ælona noctes.  
Hoc labor. hoc dulci totiens fraudata sopore  
Lumina: & attonitis nimium nunc anxia colchis  
Profuit. heu quantum pbasis q̄tumq; recessit.  
Nunc quoq; si tenui superant in imagine curæ:  
Adiis umbra precor uenturi prescia cæli  
Rectoremq; tuæ moneas ratis. hæc ubi fatus  
Sola uirum damnis uidit labentibus ossa.  
Quod tamen externis unum solam in oris  
Reitat: ait caras humus hæc non diuidat umbras.  
O. saq; nec tumulo nec sepere contegat urna.  
Sed simul. ut uictas uenistis in equore fatis.  
Haud mora. reliquias sotii defletaq; miscent  
Nomina. tum uiuo frondes & cespite tellus  
Aggeritur. cineremq; loco commendat iason.  
Mesti omnes: dubiq; ratem fidissima cuius  
Dextra regat. simul anceus. solersq; petebat  
Nauplius. erginum fato uocat ipsa monenti  
Quercus: & ad tonsas uicti rediere magistri.  
Ac ueluti gregis cessit cui regia taurus  
Fertur ouans: hunc omnis honos: hunc omnis in unū  
Transit amor. primo leto sic tempore rector  
Ingreditur cursus. & enim dat candida certam  
Nox helicen. nam prora fretum commouerat. & iam  
Puppe sedens placidas dimiserat ancora terras.  
Inde premente noto tristes acherusidos oras  
Preterit: & festa uulgatum nocte lyei  
Callirhoan. nec uana fides. hic bacchus ut undis  
Abluit eorum rorantes sanguine tyrsos.

Illum post acies rubriq; nouissima claustra  
Aequoris. hic resides thiasos. hic aera mouentem:  
Vdaq; pampinea nectentem cornua uitta.  
Nunc etiam meministis aqua: boetia qualem  
Thias: & in felix cuperet uidisse cytharon.  
Fama per extremos quin iam uolat improba manes.  
Interea & magnis natorum laudibus implet  
Addita iamq; fretis repetens freta. namq; ferentes  
Cyanea ardent auidos attollere uultus:  
Quos pietas uel tangit ad huc: quos emula uirtus.  
Fata immota manent. unum qui lictore in illo  
Conditus: ad caræ mittunt spectacula turbæ.  
It stibelenus. qualem mauortia uidit amazon.  
Cunq; suis comitem alcides ut condidit armis:  
Talis ab equorei consurgens aggere busti  
Enicuit. fulsere undæ. sol magnus ut orbem  
Tolleret aut nubem quateret polus. atq; ea uix dum  
Visa uiris atram nox protinus abstulit umbram.  
Ille dolens altum repetit chaos. omnia mopsus  
Dum stupet: in prima tumulum procul aspicit acta.  
Obnubensq; caput cineri dat usna uocato.  
Carmina quin etiam uisos placantia manes  
Odrisium dux rite monet. mixtoq; sonantem  
Percutit ore liram: nomenq; reliquit harenis.  
Altius inuentos recipit ratis. ac fugit omne  
Cobilli latus. & fatis tibi typhi negatum  
Parthemium ante alios triuiæ qui creditur amnis  
Fidus: & inopia materna gratior unda.  
Mox etiam cromane iuga pallente citheron:  
Teq; cita penitus condunt erytbrea carma.  
Iamq; reducebat noctem polus. alta carambis  
Ratitur: & magnæ pelago tremit umbras in opes.  
Assyrios complexa sinus stat opima sinope.  
Nimpha prius blandosq; iouis quæ luserat ignes  
Celicolis immota procis. deceptus amata

7  
Fraude deæ. nec solus halis: nec solus apollo.  
Addidit hic casu comites fortuna benigno  
Acolitum phogiumq; & deiolenta secutos  
Herculis arma uiros. uagus hos defixerat error:  
Ut graiam uidere manum. puppemq; pelagiam.  
Prima ruunt celeres ad littora. seq; precantur  
Accipiant sotios. noua dux accedere gaudet  
Non nina. desertos & iam sibi curere remos.  
Transit halis. longiq; fluens amfractibus iris.  
Seuaq; thermoodon. medio sale murmura uoluens.  
Graduo sacer & spoliis ditissimus amnis.  
Donat equos: donat notas cui uirgo secures:  
Cum redit ingenti per castra & claustra triumpho.  
Massageton. mediumq; trabens est uera propago  
Sanguinis. est ollis genitor deus. hinc magis alta  
Hemonide petere: & monitus non temnere phinei.  
Ipse autem comitum conuersus ad ora nouorum:  
Vos mihi nunc pugnas ait & uictoria ductor  
Herculis arma mei nestrasq; in littore martis.  
Interea memorate manus. sic fatus & egro  
Corde silens: audit currus belliq; labores:  
Virginei exciderit frenisq; prima remissis:  
Semianimen patrius quam sanguine uexerit amnis.  
Quæ pelta latus atq; humeris nudata pharetris  
Fugerit herculeæ mox uulnere prensa sagittæ:  
Utq; securigeras stimulauerit ira cateruas.  
Fleturusq; pater quantus duce terror in ipsa:  
Qui furor insignis: quo balteus arserit auro  
Nocte sub extrema clausis telluris ab antris  
Peruigil auditur calybum labor. arma fatigant  
Ruricole. gradue tui sonat illa creatrix  
Prima manus belli: terras crudelis in omnis.  
Nam prius ignoti quam dura cubilia ferri  
Eruerent: ensesq; darent odia egra sine armis  
Errabant. iræq; in opes. & segnis erinis

Indigena eterni rupem iouis . hinc tibi mauors  
Dant uirides post terga lacus : ubi deside m.tra  
Feta legat : partuq; uirum fouet ipsa soluto .  
Vos quoq; non notæ mirati uella carinæ  
Mossnychi : uos & stabulis magrones ab altis :  
Bizeresq; uagi . phylireq; a nomine dicta  
Littora : quæ cornu pepulit saturnus equino .  
Ultimus inde sinus seuumq; cubile promethei  
Cernitur in gelidas consurgens caucasus arctos .  
Ille etiam alciden titania fata morantem  
Attulerat tum forte dies . iamq; aspera nisi  
Vndiq; conuellens . ueteris cum strage pruinæ  
Vincula prensa manu saxi abduxerat imis  
Arduus : & leuo grauior pede consonat ingens  
Caucasus . & summo pariter cum monte secuta  
Incubere trabes : abductaq; flumina ponto .  
Fit fragor . ethereas ceu iuppiter arduus arces  
Impulerit manus : aut imas neptunna terras .  
Horruit immensum ponti latus . horruit omnis  
Armenie pretentus hiber . penitusq; recusso  
Aequore : cianeas minye tenere relictas .  
Tum gemitu propiore calybs densusq; reuulsis  
Rupibus audiri montis labor . & graue titan  
Vociferans . fixos scopulis dum uellitur artus .  
Contra autem ignari . quis enim non credat in illis  
Montibus alciden . dimissa ue uota retentet  
Pergere iter sotii tantum mirantur ab alto  
Littora discussa sterni niue : ruptaq; saxa :  
Et simul ingentem moribundam desuper umbrā  
Altit : atq; atris rorantes imbribus auras .  
Sol propius . flammabat aquas : extremaq; fessis  
Ceperat optatos iam lux ostendere colchos .  
Magnus ubi . aduersum spumanti phasis in equor  
Ore ruit . cuncti pariter loca debita poscunt .  
Signaq; commemorant : emensaq; ordine gentes :

9  
Dantq; ratem fluuio . simul ethere plana corusco  
Pallas : & alipedum iuno iuga sistit equorum .  
Ac dum prima graui ductor subit hostia pulsu  
Populeos flexus : tumulumq; uirentia supra  
Flumina : cognati medio uidet aggere phixi :  
Quem comes infelix paruo de marmore iuxta  
Stat soror . hinc seuæ formidine mesta nouerca .  
Inde maris pecudiq; timens imponere palmas .  
Sistere tum sotios iubet : atq; hinc prima ligari  
Vincula ceu pagafas patriumq; intrauerit amnem .  
Ipse graui patera sacri libamina bacchi  
Rite ferens umbram uocat : & sic fatur ad aras .  
Per genus atq; pares tecum mihi phixe labores  
Tu precor ossa regas . meq; bis tuteris in oris .  
Tot freta : tot duræ properanti sidera passum  
Phixe faue : & patrias etiam reminiscere terras .  
Tu quoq; nūc tumulo ne quicq; condita inani  
Annue diua maris . numeroq; accede tuorum .  
Quando ego met rursus preter uebar : aurea quando  
Seston : & in faustos agnoscent uellera fluctus .  
Vos etiam siluæ : uos colchidos hospitis oræ  
Pandite diues ubi pellis nitet arbore sacra .  
Tunc tibi fecundi proles iouis orte niuali  
Archados axe dee fluuio modo phasi quieto  
Palladium patiare ratem . nec dona nec aræ  
Defuerint . tellure mea ueneranda fluentis  
Effigies te phasi . manet : quam magnus empheus  
Et pater aurato quantus iacet inachus antro .  
Dixerat . atq; illi dextra sine uersa magistri  
Protinus in proram rediit ratis omine certo .  
Fluminis os pontumq; tuens promittis ut ecce :  
Utq; uocas reuehemur ait . sic deinde precatus  
Arma iubet celsa sotios depromere puppe .  
Dona debinc bacchi casus qui firmet in omnes  
Rapta ceres : uiridesq; premunt longo ordine ripas .

Incipe nunc cantus alios. dea uisq; nobis  
Thessalia da bella ducis. non mens mibi. non hæc  
Ora satis. uentum ad furias: infandaq; nata  
Federa. & horrenda trepidam sub uirgine puppem  
Impia monstriferis surgunt iam prelia campis.  
Ante dolos. ante infidi tamen exequar astus.  
Soligene falli meriti: meritiq; relinqui.  
Inde canens scythica senior iam solis in urbe  
Fata laborati phrixus compleuerat eui.  
Illius extremo sub funere. mira repente  
Flamma poli. magnoq; aries apparuit astro.  
Aequora cuncta mouens. at uellera martis in umbra  
Ipse sui phrixus monumentum insigne pericli  
Liquerat. ardenti quercum complexa metallo.  
Quondam & iam tacite uisus per tempora noctis  
Effigie uasta: socerumq; exteruit ingens  
Prodita uox. qui iam patria tellure fugatum  
Querentemq; domus: his me confidere passus  
Sedibus oblata generum mox prole petisti.  
Tunc tibi regnorum labes: luctusq; supersunt:  
Rapta soporato fuerint cum uellera luco.  
Preterea in fernæ quæ nunc sacra dianæ  
Fert castos medea choros quemcumq; procorum  
Pacta petat: maneat regnis ne uirgo paternis.  
Dixit. & ad mota pariter fatalia uisus  
Tradere terga manu. tum falso fusus ab auro  
Currere per summi fulgor laquearia tecti.  
Membra toris rapit ille tremens: patriumq; precatur  
Numen: etæoo surgentes littore currus.  
Hæc tibi fatorum genitor tutela meorum  
Omni tuens. tua nunc terris tua lumina toto  
Sparge mari: seu nostra dolos molitur opertos:  
Siue externa manus: primus mibi nuntius esto.  
Tu quoq; sacra rutilant cui uellera quercu:  
Excubias gradiue tene. presentia luco

Arma tubæq; sonent. uox & tua noctibus extet.  
Vix ea caucaseis cum lapsus montibus anguis  
Haud sine mente dei spiris nemus omne refossis  
Implicuit: grauiumq; procul respexit ad orbem.  
Ergo omnes probibere minas: predictaq; phrivi  
Inuigilat plena nec dum medea iuuenta.  
Admuitur thalamis albanæ uirgo tyranni.  
Interea auguriis monstrisq; minacibus urbem.  
Territat ante mouens semper deus. & data feri  
Signa mali. reddi iubet exitiale sacerdos  
Vellus. & hemoniis infaustum mittere terris  
Contra sole satus phrivi precepta uolutans  
Egro corde negat. nec uulgi cura tyranno  
Dum suauis modo tuta salus. tunc ordine regi  
Proximus & frater materno sanguine perpes  
Increpitare uirum sequitur duce turba reperto.  
Ille furens ira folio se proripit alto.  
Precipit atq; patres ipsum qui talibus ausis  
Spem sibi iam rerum uulgi leuitate serentem  
Ense petit. rapit inde fugam crudelia perpes  
Signa gerens: omnemq; quatit rumoribus arcton.  
Iamq; aderat magnis regni cum milibus urbi.  
Primaq; in aduersos frustratus prelia muros  
Constiterat. datus & sotiis utrinq; cremandis  
Ille dies: alterq; dies: cum Marte remisso  
Debitus ææis dux thessalus appulit oris.  
Nox hominum genus & duos miserata labores  
Retulerat fessis optata silentia terris.  
At iuno & summi uirgo iouis intima secum  
Consilia: & uarias sotiabant pectore curas.  
Virgo prior. magna pariter quos mole petamus  
Cernis ait. colchos hebeant quæ prelia: quiq;  
Nunc status. hinc partes: illinc non uiribus equis  
Apparat oethes aciem. quibus adimur armis?  
Cui iuno. dimitte metus. ne prelia forte



Hinc tibi grata negem iam iam manet ægida sudor.  
Et nostros iam sudor equos. stat pectore fixum  
Oete sotiare manus. scio perfida regis  
Corda quidem nullos minyis exsoluet honores.  
Verum alios tunc ipsa dolos. alia orsa mouebo  
Sint precor hæc tua namq; mibi comitanda potestas  
Pallas ait. liceat grais ut reddere terris  
Æsonium caput: & pupem quam struximus ipse  
Iactatam tandem nostro componere cælo.  
Talia tunc hominum superi pro laude mouebant.  
Tristior at nunquam tanto ue pauentibus ulla  
Nox minyis egeita metu. nil quippe reperto  
Phaside nil domitis. ac tum symplegados undis  
Cunctaq; adhuc magni ueniant dum regis ad urbem.  
Ambigæ & dubia rerum pendentia summa.  
Precipue æsonidem uarios incerta per estus  
Mens rapit undantem curis ac multa nouantem.  
Qualiter ex alta cum iuppiter arce coruscat  
Pliadas illa mouens mixtumq; sonoribus imbrem  
Horrifera uenit in ueni. canis ubi tollitur omnis  
Campus aquis: aut sanguinei magna hostia belli.  
Aut altos diris fatorum gentibus ortus.  
Sic tum diuersis hinc atq; illinc mollibus anceps  
Pectora dux crebro gemitu quatit. optat & alnum  
Iam iubar: & certi tandem discriminis horas.  
Tunc defixa solo: cetiq; intenta silenti  
Versus ad ora utrum. qd' primum ingentibus ausis  
Optauistis ait: ueterumq; qd' horruit ætas  
Adsummus. en tantumq; fretis enauimus orbem.  
Nec pelagi nos mille uiæ: nec fama fefellit  
Soligenam orthem media regnare sub arcto.  
Ergo ubi lux altum spargit mare: tecta petenda  
Vrbis: & ignoti mens experienda tyranni.  
Annuet ipse reor. neq; in exorabile certe  
Quod petimus. sin uero preces & dicta superibus

Respuerit: iam nunc animos firmate repulsæ  
Quaq; uia est patriis referamus uellera terris  
Stet potius. rebus semper pudor absit in artis.  
Dixerat. & scythicam quie comitentur ad urbem  
Sorte petit. numeroq; nouem ducuntur ab omni.  
Inde uiam qua circei plaga proxima campi  
Corripunt: regemq; petunt iam luce reducta.  
Forte deum uariis per noctem territa monstros  
Senserat ut pulsas tandem medea tenebras  
Rapta oris primi iubar ad placabile phæbi  
Ibat: & horrendas lustrantia flumina nodies.  
Namq; soporatos tantis infedibus arctus  
Dum premit alta quies: nullæq; in uirgine curæ  
Visa pauens castis hecates excedere lucis.  
Dumq; pii petit ora patris: stetit arduus inter  
Pontus & ingenti circum stupefacta profundo.  
Fratres & amento nantes qui mox stare pauentes  
Viderat intenta pueros nece. seq; trementem  
Spargere cede manus. & lumina rumpere fletu.  
His turbata nimis fluuios ripamq; petebat  
Phasidis: equali driadum comitante caterua.  
Florea per uerni qualis iuga duxit hymethi  
Aut sicula subit urbe choros. hinc gressibus herens  
Pallados. hinc claræ proserpina iuncta dianæ  
Altior: ac nulla comitum certante priusq;  
Palluit. & uiso pulsus decor omnis auerno  
Talis & immitis geminæ cum lumine tedæ  
Colchis erat: nondum miseros exosa parentes.  
Ut procul extremi gelidis a fluminis undis  
Prima uiros tacito uidit procedere passu:  
Substitit. & mesto nutricen affata timore est.  
Quæ manus hæc certo ceu me petat agmine nostro  
Aduenit haud armis haud unq; cognita cultu.  
Quere fugam precor. & tutos circumspecte saltus.  
Audit uirginei custos grandæua pudoris

Eniochei cultus primi cui creditus eui.  
Tum crepidam dictis firmans hortatur alumnam.  
Non tibi ab hoste minæ uec uis aut ulla p̄pinquat  
Nec metus. externo iam flammea murice cerno  
Tegmina. iam uittas frondemq; in bellis oliuæ.  
Grauis adest. graio sic cuncta sumillima p̄brixo.  
Sic ait. ac iuno pulchrum longissima quando  
Robur cura ducis magniq; sedere labores  
Mole noua: & roseæ perfudit luce iuuentæ.  
Iam talaumi. iamq; amphyadem astroq; comantes  
Tyndaridas ipse egregio super eminent ore.  
Non secus autumnus q̄ cum magis asperat ignes  
Sirius. & seuo cum nox accenditur auro  
Luciferas crinita faces habet arcas: & ingens  
Iuppiter ast illum tanto non gliscere cælo  
Veilet ager. uellent calidis iam fontibus amnes.  
Regina attonito quanq̄ pauor ore silentem  
Examinet mirata tamen: paulumq; reductis  
Passibus insolito stupuit duce nec minus inter.  
Ille tot ignoti sotias gregis beret in ima  
Defixus. sentitq; ducem dominamq; cateruæ.  
Si dea: si magni decus huc ades inquit olympi  
Has ego credo faces: hæc uirginis arma dianæ.  
Teq; renodatam pharetris ac pace furentem  
Ad sua caucaseæ producunt flumina nymphæ.  
Si domus interris. olimq; beatior ille  
Qui tulerit: longis & te sibi iunxerit annis.  
Sed fer opem regina uiris. nos hospita pubes  
Aduhimur graium proceres tua tecta petentes.  
Duc precor ad uestri quicumq; est ora tyranni.  
Aut tu prima duce fandi tempusq; modumq;  
Nam mihi sollicito deus: ignaroq; locorum  
Te dedit. inte animos atq; omnia nostra repono.  
Dixit. & opperiens trepidam stetit illa parumper  
Virgineo cunctata metu sic orsa uicissim.

9  
Quem petis ætem genitor meus: ipsaq; iuxta  
Mœnia si uiuos possis discernere calles.  
Huc adeo duce ferre gradus. ingentia namq;  
Cultra alios aditus: atq; impius obsidet hostis.  
Dixerat hæc. patriumq; uiam detorquet ad omnem:  
Sacraq; terrifice supplex mouet irrita noctis.  
Ille autem inceptum famula duce protinus urget  
Aere septus iter. patit nec regia cerni  
Iuno uirum: prior oete ne nuntius adsit.  
Iamq; inerat populo mediaq; incognitus urbi:  
Cum comes orsa loqui phœbi genitoris ad aras  
Ventum ait. huc adytis iam se demore paternis  
Rex foret: hic proceres audit populosq; precantes.  
Adloquiis facilis presens pater admouet equis:  
Limina non aliter q̄ si radiantis adirent  
Ora dei: uerasq; eterni luminis arces.  
Tale iubar intacta micat. stat ferreus atlas  
Oceani genibusq; tumens infrangitur unda:  
At mediū per terga senis. rapit ipse nitentes  
Altus equos. curuoq; diem subtexit olympo.  
Pone rota breuiore soror: densaq; sequuntur  
Pliades: & madidis rorantes crinibus ignes.  
Nec minus hic uaria letatus imagine templi  
Adgeminas fert ora fores. cunabula gentis  
Colchidos hic: ortusq; tuens ut prima se sostris  
Intulerit rex bella gethis. ut clade suorum  
Territus hoc thebas: patriumq; reducat ad amnem.  
Phasidis hos imponat agris. colchosq; uocari  
Imperet arsinæ. nili trepidæq; requirunt.  
Otia leta fari pinguemq; sine imbribus amnem.  
Et iam sarmaticis permutat carbasa braxis.  
Barbarus in patriis sectatur montibus eam  
Phasis amore furens. pauidas iacit illa pharetras.  
Dixerat. ast illi propere monstrata capeffunt  
Virgineo turbata metu discursibus. & iam.



Deficit ac uolueri uittam deus alligat unda.  
Fiebant populeæ iuuenem phæthonta sorores.  
Acer & meridani trepidum globus ibat in amnem.  
Ac iuga uix tetthis: sparsumq; recolligit axem:  
Et formidantem patrios pyrœnta dolores.  
Aurea quin etiam presaga mulciber arte  
Vellera: uenturosq; olim celarat acbiuos.  
Texitur argoa pinus pegasea securi.  
Iamq; eadem remos eadem dea flectit habenas.  
Ipsa subit: nudaq; uocat dux agmina dextra.  
Exoritur notus. & torto ratis una profundo  
Cernitur. odrysio gaudebant carmine phocæ.  
Apparêt trepidi iam phasidis hostia colchi:  
Clamantemq; procul linquens regina parentem.  
Vrbs erat hic contra gemino circumflua ponto:  
Ludus ubi ex tantum tedæq; in nocte iugales  
Regaliq; toro. letus gener ille priorem  
Deserit. ultrices spectat a culmine diræ.  
Deficit in thalamis turbataq; pellice coniunx  
Pallam. & gemmiferæ donum exitiale coronæ  
Apparat. ante omnes secum dea quæstæ labores:  
Munere quo patrias. pelex ornatur ad aras.  
Infelix etiam rutilis correpta uenenis  
Implicat igne domus. hæc tum miracula colchis  
Struxerat ignipotens nondum nascentibus illa:  
Quis labor aligeris: aut quæ secet anguibus auras  
Cede madens. odere tamen. uisusq; reflectunt.  
Quin idem minyas operum defixerat error:  
Cum se sole satus patriis penetralibus ædit.  
Filius hunc iuxta primis ab syrtus in annis  
Dignus auo. quemq; infontem meliora manerent.  
Tum gener albanis styrys qui aduenerat oris  
Distulerant. sed bellator tum phontis & argus  
Æolie fraterq; melas: quos aduena phrixus  
Progeniuit: pariterq; leui euthisforus in hasta:

Post alii: quos precipuo titania tellus  
Legit honore patris motiq; ad prelia regis.  
Admonet hic socios: nebulamq; erumpit iason  
Sideris ora ferens. noua lux effusa citæis.  
Conueniunt. rogitantq; uiros: rogitantq; quid ausi:  
Quid ue ferant. postq; primis in biantia dictis  
Aginina: suppressumq; uidet iam munus iason  
Talia miranti propius tulit orsa tyranno.  
Rex hiperionide: quem per freta tanta petundum  
Celicolæ: & prima dignum statuere carina:  
Si quando hic aliquam nostro satus orbe solebat  
Thessaliam: si quos phrixus memorare pelafgos:  
Hi tibi tot casus horrenda tot auia mensi  
Cernimur. ipse ego met proprio de sanguine phixi.  
Namq; idem cretheus ambobus & æolus auctor  
Cum ioue netunnoq; & cum salmonide nympha.  
Me neq; nunc enses aræq; egere paternæ:  
Nec tua thesalicis quanq; inclita nomina terris  
Sponte sequi. cui non iusso tot adire uoluptas  
Monstra maris? cui cyaneos intrare fragores?  
Sceptam cui toto pelias sub nomine phæbi  
Maxima ab hoste tenens: totq; illacrimantia diuos  
Oppida: tot uigili pulcherima flumina cornu?  
Ille meum imperiis urget caput. ille labores  
Dat uarios. suus ut magnum rex spargit ab argis  
Alciden stheleno ipse satus: tamen alpera regum  
Perpetimur iuga. nec melior parere recusso.  
Hic sibi me auratæ pecudis quisq; periclis  
Exuias perferre iubet. tibi gratia nostri  
Sit precor hæc: meritiq; locus: qd' iussa recepi.  
Teq; alium quanq; pelias speratq; cupitq;  
Promisi & meliora tuæ mihi fœdera destræ.  
Si petere hoc seui statuissem sanguine belli:  
Ossa dabat: pindusq; rates. quodq; ante secuti  
Inde nec audacem bacchum nec perseæ regis.



Sed me nuda fides: sanctiq; potentia iusti  
Huc tulit: ac mediisotatrix gratia phixi.  
Iam ꝑ tibi nostra geniti de stirpe nepotes.  
Nec tamen aut phrigios reges aut arua furentes  
Bebriciæ spernendus adi. seu fraude petiuit:  
Seu quis hõnore meos: sua reddita dona: deumq;  
Nos genus: atq; ratem magnæ sensere mineræ.  
Vix tandem longis quesitam colchida uotis  
Contigimus. qualemq; dabat te fama uidemus.  
Tu modo ne claros minyis inuideris actus.  
Non aliena peto: terris ue indebita nostris.  
Siquis & in precibus uero locus. atq; ea phixo  
Crede dari. phixum ad patrios ea ferre penates  
Munera. tu contra uictum mibi uecta per equor  
Accipe thenarei chlamydem de sanguine abeni  
Frenaq; & accinctum gemmis fulgentibus ensem.  
Hoc patrium decus. hæc materni texta labores.  
Hic lapitbes adsuerat eques. da iungere dona.  
Da scythicas sotiare domos. sciat essera regis  
Ira mei: quem te horrifero sortitus in axe  
Caucasus: atq; tuis quantum mitescat harenis.  
Talibus orantem uultu grauis ille minaci  
Iam dudum fremit. & furiis ignoscit opertis.  
Ceu tumet: atq; imo sub gurgite concipit austros  
Vnda silens: trahit ex alto sic barbarus iras.  
Et nunc ausa uiri: nunc heu sua prodita grais  
Regna fremit. quin & facilis ibi mente receptus  
Iam phixum dolet: & scythiæ periisse timores.  
Nunc quassat caput: & iuuenis spes ridet inanis.  
Quid uesanus agat: qd' uellera poscat ab angue.  
Vrit & antiquæ memorem uox prescia sortis:  
Cur simul ac per sen illinc sibi mouerit aut hinc  
Thessalicam fortuna ratem. num debitus ista  
Finis agat. seuq; petant iam uellera parca.  
Interea quoniam belli pugnaq; propinqua

4  
Curra prior fugit: placidis fera pectora dictis  
Reddit. & hæc cuperem aut alio uos tempore testis  
Aduenisse meis. quo me grauis adsidet hostis.  
Frater enim sceptri. sic omnibus una cupido  
Excidium parat: & castris me ingentibus urget.  
Quare age cognatas primum defendite sedes:  
Nec decus oblati dimiseris aduena belli.  
Namq; uirum trahit ipse calybs: tum uellera uictor  
Tum meritis. nec sola dabo contra inscius astas.  
Ergo nec hic nostris deerat labor arduus actis.  
Excipit æsonides. & ceu nihil equore passis  
Additus iste dies ueniant super hæc quoq; fato  
Bella meo. nunc hunc parua mibi cede dolorem:  
Quasq; dedit leuet ille moras. tum castora mittit:  
Qui ferat æxi sotis responsa tyranni.  
Acribus ast illos curis mora seu a traheret.  
Ac simul ut medio uiderunt castora campo.  
Crebrior incussit mentem pavor. o iouis alma  
Progenies fare an patriam spes ulla uidedi:  
Fare omnis. ille in mediis sic orsus achivis.  
Nec ferus ætes: ut fama: nec aurea nobis  
Terga negat. bello interea sed pressus iniquo  
Auxilium petit. armatos dux protinus omnes  
Accelerare iubet: longo nam tuta recessu  
Puppis: & apposita flumus defenditur urbe.  
Haud mora. prosiliunt: quos nec riphea iuuentus:  
Quos nec hiber: aut tuta suis auro pharetris  
Sustineat: stetit explicito prius agmine pubes.  
Axpertiq; simul si tela artusq; sequantur.  
Nec quisq; freta nec patrias iam respicit urbes.  
Sed magis ad presens itur decus. incita cristas  
Aura quatit. uariis floret uia discolor armis.  
Qualis ab oceano nitidum chorus æthera uersat:  
Qualibus adsurgens nox aurea cingitur astris.  
Illos sole satus tacita mestissimus ira





Miratur temere ad sumptos . nec talia mallet  
Robora : quam medios hostem subiisse penates .  
Interea leto patitur conuiuia cultu :  
Et iuxta æsonidem magno cratere lacessit :  
Nunc tibi monstrantem natos iouis : oraq; iuxta  
Aeacidum : nunc ingentis calydonis alūnos .  
Audit & alciden intando errore relictum :  
Delectosq; duces : terreq; marisq; labores .  
Ipse autem tantis concita furoribus arma  
Expetit æsonides : & amicos ordine reges .  
Quis procul ille uirum nobis : quem balthæus asper  
Subligat : & stricto stat proximus armiger arcu :  
Ceu pugnam paret : & positas confundere mensas .  
Contra flamigeri proles perseia solis .  
Quem rogitas carneius ait . mos comminus arma  
Semper habere uiro : semper meminisse pharetræ .  
Quid latagum . quid si amnigenam mirere choassen .  
Bellatoris equi potantem cerne cruores .  
Nec tamen immixtis hic genitor ibit habenis .  
Illum ait æsonides pariter refer : horrida signis  
Cui clamys : & multa spirat coma flexilis aura .  
Respicit æsonides . atq; hunc quoq; nomine reddit .  
Diues aron croceos sic illius omnis odores  
Iactat eques . uinctis sic est coma culta manipulis .  
Campesius hic spoliis in tygridis . ille profundo  
Incumbens odrussa mero . uide lata comantem  
Pectora : & ingenti turbantem pocula barba .  
Hic & laxarten dictis stupet hostis acerbis  
In modicum : linguaq; grauem : cui nulla minanti  
Non superum : non presentis reuerentia belli .  
Contra autem æetes . non frustra magna superbo  
Dicta uolant ait . & uocem paria arma secuntur .  
Nec requies quin marte diem noctemq; fatiget .  
Atq; ubi riphea stupuerunt flumina bruma :  
Iam pauidi cum prole gethe : iam peruigil illum

5  
Medus : & oppositis expectat iberia claustris .  
Hos autem quecumq; manus sua signa sequantur :  
Si memorem prius humentem lux soluitur unbram :  
Cras acies atq; illa ducum cras regna uidebis  
Diilona : saxifera surgat quibus imber harenæ .  
Qua & iaculo gens apta leui : quæ picta pharetris  
Venerit . ingentes animo iam prospice campos .  
Atq; hanc alipedi pulsantem corpora cumu  
Euryalem : quibus exultet mauortia tumis :  
Et q̄tum elata ualeat peltata securi .  
Cara mihi : & ueras inter non ultima natas  
Fatur . & occiduo libat cratera parenti .  
Quisq; suum tum uota deis : & pocula fundit .  
Dent acies : dent belligeros superare labores .  
Ecce autem geticis ueniens graduus ab antris :  
Ingentemq; trabens ardua per equora nubem  
Aspicit æa miniis stupefactus in uibe :  
Ambitumq; senem : promissaq; uellera puppi  
Thessalicæ : citus ad summi stellantia patris  
Tecta ruit : questuq; iouem testatur acerbo .  
Quæ studiis rex magne quies . iam mutua uidi  
Exitia . in solos hominum molimur honores .  
Teq; ea cuncta iuuant : rabidam qui pallad . calo  
Non abigis . neq; femineis ius obicis ausis .  
Num queror : extracta qd' uexerit ipsa carina  
Vellera sacra meis sperantem auertere lucis .  
Quiq; palam tutata uiros sic cætera pergat .  
Si ualet : insidiis quid nunc fallacibus ambit :  
Nostra ut phrixo spolientur templa metallo .  
Non opus auxilio colchis : nec federe uestro .  
Et per sen simul & minyas deposcimus hostes .  
Quin age quid tantæ cœunt in prelia gentes ?  
Quid tuus æsonides ? imus nos protinus imus  
In nemus auriferum : & sumptis decernimus armis .  
Vel tu sola polo tacitis in opina tenebris

Labere. quantus ibi deus expertere. nec illas  
 Adstiteris impune trabes. an martia templa  
 Intemeranda minus. tantus mihi luctus & angor:  
 Quod rudis & sola colimur si gentibus umbra.  
 Est amor: & rerum cunctis tutela suarum.  
 Et tibi magne pater terris donaria certant.  
 Est honor his etiam suus. at ego cara micenis  
 Culmina: uirgineas preder si cecropis arces:  
 Iam coniunx: iam te gemitu lacrimisq; tenebit.  
 Nata querens. metuant ergo. nec talia possint.  
 Non tulit hæc animis: quin longa silentia pallas  
 Rumperet irridens strepitumq; minasq; gradiui.  
 Non tibi eolide: quibus hæc fera murmura iactes.  
 Non laphitæ. sed pallas ait. neq; ego ægide digna  
 Nec uocet ulterius proles iouis. excidat iste  
 Ni tibi corde tumor: lituos miser armaq; faxo  
 Oderis. & primis adimam tua nomina bellis.  
 Quin simili matrem demens grauitate sequutus:  
 Digna quidem monstrum superis quæ tale creauit.  
 Quod tamen aggressæ scelus? aut quo crimine fontes?  
 Si uuenem: qui iussa sui tam dira tyranni  
 Impaudus: maria & nondum qui nota subibat  
 Iuimus: & magnis aliquam spem mouimus ausis.  
 An nullas preferre preces: nec federa reges  
 Vlla sequi: ceca sed cuncta impellere pugna  
 Deuimus. sic thraces agunt sic turbidus iste  
 Siqua petit cuperem hæc etiam num bella remitto:  
 Nec sotias armare manus. da uellera rector.  
 Et medio nos cerne mari. qd' sin ea mauors  
 Ab neget: & solus nostris sudoribus obstat:  
 Ibumus in decores. frustra q; tot equora uestæ  
 Fas aliquem nequeat: sic femina ceperat ardens.  
 Hic iterum alternis mauors insurgere dictis.  
 Excipit hinc contra pater. & sic uoce cohercet.  
 Quid uesane fremis? cum uos iam penitet acti:

Peccatumq; satis tunc ad mea iura uenitis.  
 Quod libet ista modo: quæcumq; impellite pugna:  
 Quæ cepistis: habent quoniam sua fata furores.  
 Te tamen hoc coniunx: & te mea nata mouebo.  
 Sit per sen pepulisse satis. nec uana retetet  
 Spes minyas: finem ue uellint imponere bello.  
 Illum & enim talis rerum manet. accipite ergo.  
 Victa retro nunc castra dabit: bellumq; remittet  
 Territus aduentu ducis & uirtute pelægi.  
 Mox ubi thessalicis referent hos flamina terris:  
 Tunc aderit: uictorq; domos & sceptrâ tenebit:  
 Donec & æten inopis post longa senectæ  
 Exilia. heu magnis q̄tum licet impia fatis  
 Nata iubet. grauisq; nepos in regna reponat.  
 Hic labor amborum: hæc sunt discrimina fratrum.  
 Vadite. & aduersis ut quis uolet irruat armis.  
 Dixerat. in staurat mensas: pacemq; reducit.  
 Et iam sidereâ noctem dimittit olympo.  
 Tunc adsuetus adest pblegias: qui reddere pugnas.  
 Musarum chorus: & cythara pulsator apollo.  
 Fertq; grauem pbrigiis circum cratera minister.  
 Surgitur in somnos. seq; ad sua limina flectunt;

Tu uigil hiis furiis ardet graduius: & acri  
 Corde tumet. nec q̄s acies quæ castra sequat  
 Inuenit. ire placet tandem: presensq; uideri:  
 Sternere si minyas: magnoq; rependere luctu  
 Regis pacta quæat: graiamq; absummere puppem.  
 Impulit hinc currus monstrum inreuocabile belli  
 Concutiens. scythiazq; super tentoria sistit.  
 Protinus e castris fugit sopor. excita tella.  
 Turbati coiere duces. hos in super ingens  
 Fama mouet. ratemq; sacra uulgabat achiuos



Aduenisse sui repetentes uellera phixi:  
Quos malus hospitio: uinctaq; ad federa dextra  
Luserit ætes: atq; in sua traxerit arma.  
Ergo consiliis dum uox uacat alta mouendis:  
Legatos placet ire duces: mandataq; per ses  
Edocet. affari minyas: fraudemq; tyranni:  
Et moneant: qui nam hinc animos auerterit error.  
Se primum hemoniis hortatur ea uellera terris  
Reddere: & exuias pecudis dimittere sacræ.  
Hinc odium: & tanti uenisse exordia belli.  
Quin potius dextramq; suam: suaq; arma sequantur:  
Aut remeant. neq; enim æte promissa fidemq;  
Esse loco. abstineant alienæ sanguine pugna.  
Non illos ideo tanti uenisse labores  
Per maris ignoti. quid opus concurrere nec quos  
Oderis. hæc medio per ses dum tempore mandat:  
Aureus effulxit campis rûbor: armaq; & acres  
Sponte sua strepuere tubæ. mars seuus ab altis  
Hostis io conclamat equis agite. ite. propinquat  
Hanc simul. hinc colchos. hinc fundit in æquora p'sen.  
Tunc & quæq; suis commisit prælia terris:  
Voxq; dei pariter pugnas audita per omnis.  
Hinc age ripheo quos uideris orbe furores  
Musa monei q̄to scythiam molimine per ses  
Concierit. quis fretus equis per bella uirisq;  
Verum ego nec numero memorê: nec nomine cûctos  
Mille uel ora mouens. neq; enim plaga gentibus ulla  
Ditior: eterno q̄q; meotia pubes  
Marte cadat: pingui nunq; tamen ubere defit.  
Quod geminos arctos: magnumq; qd' impleat anguē.  
Ergo duces: solasq; deæ mihi promite gentes.  
Miserat ardentis mox ipse secutus alanos:  
Heniocosq; truces iam pridem infensus anausis:  
Pacta quod albano coniunx medea tyranno.  
Nescius heu q̄ti thalamos ascendere monstri

6  
Arserit: atq; urbes maneat qui terror acbeas.  
Gratior ipse deis: orbaq; beator aula.  
Proximaq; bis alte regio ductorq; colasses.  
Sanguis & ipse deum: scythicis quem iuppiter oris  
Progeniuit uiridem miracen seuaq; iuxta  
Oitia. semifero dignum se credere captus  
Corpore. nec nymphæ geminos exborruit angues.  
Cuncta phalanx insigne iouis: celataq; gestat  
Tegmina disperfos trifidis ardoribus ignes.  
Nec primus radios miles romane corilci  
Fluminis: & rutilas scutis diffuderis alas.  
Insuper auratos collegerat ipse dracones  
Matris ore specimen. linguisq; aduersus utrinq;  
Congruit: & tereti serpens dat uulnera gemmæ.  
Tertius unanimis ueniens cum milibus auchus  
Cimmenas ostentat opes: cui candidus olim  
Crisis inest: natale decus. dat longior etas  
Iam spatium triplici percurrens tempora nodo.  
Demittit sacro geminas auertice uitas.  
Dat inachæmonix grauior de uulnere pugna.  
Misit in arma darabs acies: quem martia circum  
Gangaridum. potaq; gerus quos efferat unda.  
Quiq; lacum cinxere bicen. non defuit anxur.  
Non radalo cum fratre sidon. cesinaq; leuo  
Homine. fatidicæ phixus mouet agmina ceruæ.  
Ipsa comes setis fulgens & cornibus aureis  
Ante aciem celsi uebitur gestamine conti.  
Mesta necis seuæ luco reditura dianæ.  
Mouit & hilea supplex cum gente sirenem  
Impia germani pretentans uulnera per ses.  
Densior haud usq; nec celsior extulit ulla  
Silua trabes festæq; prius rediere sagittæ:  
Arboris ad summum quam peruenere cacumen.  
Quin & ab byrcanis titanius expulit antris  
Cirris in arma uiros. plaustrisq; adprelia cunctas

Cæcia læ traxere manus. ibi futilis illis  
Et domus & crudo residens tub uellere coniunx  
Et puer e primo torquens temone cæcias.  
Linguitur abruptis pelago tira. linguitur & mons  
Ambenus: & gelidis pollens opbut a uenenis.  
De generesq; ruunt sindi glomerantq; paterno  
Crimine nunc etiam metuentes uerbera turmas.  
Hos super erectam phalces agit equore nubem  
Cum fremitu: densiq; leuant uexilla coralli  
Barbaricæ quis signa rotæ: ferrataq; dorso  
Forma suum. truncæq; iouis simulacra columnæ.  
Prelia nec rauco curant incendere cornu.  
Indigenas sed rite duces & prisca suorum  
Fata canunt: ueterum q; uiris hortamina laudes.  
At ubi sidonicas inter pedes equat habenas:  
Illinc iuratos in se trahit ea batarnas:  
Quos duce teutagono crudi mora corticis armat:  
Aequaq; nec ferro breuior nec rompia ligno.  
Nec procul albentes gemina ferit aclyde paimas.  
Hiberni qui terga noue gelidumq; securi  
Eruit. & tota non audit alazona ripa.  
Quosq; taras: niueumq; ferax euarchus olorum.  
Te quoq; uenturis ingens arias mene seclis  
Tradiderim molem belli lateq; ferentem  
Vndiq; falcatos deserta per equora currus.  
Insequitur drancea phalanx. claustrisq; profusi  
Caspia dæ: quis turba canum non segnius acres  
Exilit ad lituos: pugnasq; capeffit beriles.  
Inde etiam par montis honos: tumulisq; recepti  
Inter auos positusq; uirum. nam pectora ferro  
Terribilesq; innexa iubas ruit agmine nigro  
Latratuq; cohors. quanto sonat horrida ditis  
Ianua. uel superas hecates comitatus in aulas.  
Ducit ab hyrcanis uates sacer agmine lucis  
Vanus. eum scythiæ iam tertia uiderat æstas

6  
Magnanimos minyas: argoq; uela canentem.  
Illius & dices monitis spondentibus indi:  
Et centum geminæ lagæ naualia thebes:  
Totaq; ripheo panchaia rapta triumpho  
Discolor æstas effudit iberia turmas.  
Quas sotaces quas latris agunt: & raptor amorum  
Neurus: & expertes canentis iazices æui.  
Namq; ubi iam uiresq; alit: notusq; refutat  
Argus: & inceptus iam lancea tēnit eriles.  
Magnanimis mox dictus auis: aut segnia mortis  
Iura patris dextra. sed care occumbere proles  
Ense dato. rumpuntq; moras natulq; parentq;.  
Ambo animis. ambo miseri tam fortibus actis.  
Hic & odoratas spirantes crine michael  
Celsæq; manus. & qui tua iugera nondum  
Eruis ignotis insons arimaspe metallis.  
Doctus & anchaces patulo uaga uincula cyro  
Spergere. & extremas laqueis adducere turmas.  
Non ego sanguineis gestantem tympana bellis  
Tyrsagetem: cinctumq; uagis post terga silebo  
Pellibus: & nexas uiridantem floribus hastas.  
Fama duce iouis & cadmi de sanguine bacchum  
Hac quoq; turiferos felicia regna sabeos  
Hac arabas fudisse manus. mox rumperet hebrei  
Cum uada thyrsagatas gelida liquisse sub arcto.  
Illis omnis adhuc ueterum tenor: & sacer æris  
Pulsus: & æoæ memoratrix tibia pugna.  
Iungit opes emeda suas. sua signa secuti  
Exomotæ: tormiq; & flauis crine satharchæ.  
Mellis honor torinis ditant sua mulla satharchem.  
Exomatas uenatus alit. nec clarior ullis  
Arcto equis. abeunt hypanim fragilemq; per undam  
Tigridis: aut seuz profugi cum prole lænæ.  
Mestaq; suspectæ mater stupet aggere ripæ.  
Impulit & dubios phrixæi uelleris ardor

Centoras. & diros magico terrore choatras.  
Omnibus hinc seuus superis honor. omnibus artes  
Monstr. fice. nunc uere nouo compescere frondes.  
Nunc subitam trepidis meotim soluere palustris.  
Maximum hos inter stigia uenit arte cobastes.  
Sollicitat nec martis amor: sed fama citeæ  
Virginis: & paribus spirans medea uenenis.  
Gaudet auerna palus. gaudet iam nocte quieta  
Portitor. & toto ueniens latonia cælo.  
Ibant & geminis equantes cornibus alas  
Ballonoti: comitumq; celer mutator equorum  
Mesus: & ingentis frenator sarmata conti.  
Nec tot abxtremo fluctus agit equore. nec sic  
Fratribus aduersa boreas respondet ab unda.  
Auctus apud fluuios uolucrum sonus: ethera q̄tus  
Tunc lituum conceptus adit: limphataq; miscet.  
Milia quot foliis quot floribus incipit annus.  
Ipse rotis gemit. intus agit. tremebundaq; pulsu  
Nutat humus. quatit ut seuo cum flumine phlegram  
Iuppiter. atq; imis typhœa reuerberat aruis.  
Prima tenent illinc patriis absyrtus in armis.  
Et gener: ingentesq; inter sua milia reges.  
At circa esonidem danaum manus. ipsaq; pallas  
Egide terrifica: quam nec dea lassat habendo.  
Nec pater horrentem colubris uultuq; tremendam  
Gorgoneo nec semineces ostendere crines  
Tempus adhuc. primasq; finit concurrere pugnas.  
Impulit hos contra mauors pater. & mala lethi  
Gaudia. thesiphoneq; caput per nubila tollens  
Ad sonitus litui mediaq; altissima pugna.  
Nec dum clara quibus sese fuga mentibus addat.  
Illi ubi confertis iunxere frementia telis  
Agmina: uirq; uirum galeis ad flauit ad actis:  
Continuo hinc obitus: per fracta q; cedibus arma:  
Corporaq; alternus cruor alternæq; ruina

6  
Voluit ager galeas. & torax erigit imbres  
Sanguineos. hinc barbarici glomerantur ouatus.  
Hinc gemitus: mixtaq; uirum cum puluere uitæ.  
Caspus æeum correpto crine monesem  
Abstulit. hinc pariter colchi graiq; sequuntur  
Missilibus. rapit ille necem. predamq; relinquit.  
Nec sotiis iam cura uiri. dispanta caresus.  
Strimonaq; obscura spargentem uulnera funda  
Deicit. albani cadit cremedonid. s hasta.  
Iamq; latet. currusq; super turmæq; feruntur.  
Processere melas. fidas menus incipit hasta.  
Ante melas. leuis ast abies elusit utrinq;  
Ensis inde ruunt. prior occupat ere citato  
Castidis ima melas. infracta est uulnere ceruix.  
Mixta perit uirtus. nescit cui debeat ocheus  
Aut cui fata tyres: dum sibila respicit iron  
Cuspidis arguæ. pyliam latere accipit hastam.  
Viderat hircanos paribus discurrere fratres  
Castor equis: pater armento quos diues ab omni  
Nutrierat: fatiq; uiam monstrarat iniquis.  
Tum magis atq; magis peditem candore notato  
Tyndariden incendit amor. simul obuus hastam  
Pectus aduersura subito iacit. inalipedemq;  
Constitit excusso uictor duce. risit ab alta  
Nube pater. præsifq; equitem cognouit habenis.  
At pariter luctuq; furens uisuq; medontes  
Tyndariden petit: & superos sic uoce precatur.  
Nunc age uel ceso comitem me reddite fratri.  
Primus & hic nostra sonipes cadat impius hasta:  
Credita qui misero non retulit arma parenti.  
Meq; uenit contra: captiuaq; terga ministrat.  
Dixerat. attei sed eum prior hasta parentis  
Deiicit. ad sotiis sonipes citus effugit alas.  
Quis tibi fatales unq; uetuisset amidas:  
Oebaliamq; manum thotryndace montibus inter

Diuiso totidemq; fretis. cadit impiger ima  
Inguine transfoiso clari taulantis alumnus  
Semidea genitrice tages: cui plurima filius  
Ter uigilat materna soror: cultusq; laborat.  
Tenua non illum candentis carbasa nil:  
Non auro de picta clamis: non flaua galeri  
Cesaries: pictoq; iuuant sub tegmine braca.  
Iam q; nouus medice stupefacta peragmina pugne  
Vadit equus densa spargens battilia dextra.  
Fulmineumq; uiris profundens ingerit ensem.  
Huc alternus & huc: cum seuior ecce iuuentus  
Sar maticæ coiere manus fremitusq; uirorum  
Semiferi. riget & molli lorica catena.  
Id quoq; tegmen auis. aze qui porrecta per armos  
Et caput ingentem campis hostilibus umbram  
Fert abies obnixa genu uaditq; uirum ui.  
Vadit equum docilis relegi docilisq; relinqui.  
Atq; iterum medios non altior ire per hostes.  
Orbis hos rapidis molliq; per equora castor  
Anfractu leuioris equi deludit anbelos  
Immemoresq; mori. sed non isdem artibus eque  
Concurrunt ultroq; ruunt in funera colchi.  
Campeffus impacta latus inter & ilia quercu  
Tollitur. ac mediam moriens descendit in hastam.  
Oebasus infestum summisso poplite pbalcen  
Euasisse ratus. leuum per luminis orbem  
Transfigitur. tenero linquuntur uulnere malæ.  
Contra autem geminis. fidens toracibus ictum  
Sustulit: & glad os ibotes ferit ult. ma tele  
Nec quicq; iam cuspis in est nec fragmina curat  
Ambenus & trunco medium sub. t ocrea ligno.  
Seminecem taxes bipanum uebit. atq; rem ff. m  
Pone trahit fugiens: & cursibus exiit hastam.  
Dumq; recolecta rursus locat: irruit ultro.  
Turbatamq; lacon. & adhuc inuadit inermem.

6  
Non nos aut leuibus componere brachia remis  
Nouimus. aut uentos opus expectare ferentes.  
Imus equis: qua uel medio riget æquore pontus:  
Vel tumida premit hister aqua. nec menia nobis  
Vestra plac ent. feror arcto is nunc liber in aruis  
Cuncta tenens mecum. omnis amor iacturaq; plaustri  
Sola nec hac logum uictor potiere rapina.  
Ast epulæ quodcumq; pecus quecumq; ferarum  
Mitte asiæ. mitte argolicis mandata colonis.  
Ne trepident. nunq; has hyemes hæc saxa relinquat  
Martis agros: ubi tam seuo durauimus amne  
Progeniem natosq; rudes. ubi copia lati  
Tanta uiris. sic in patriis bellare pruinis:  
Predariq; iuuat. talemq; hanc accipe dextram.  
Dixit. & ædoniis nutritum missile uentis  
Concitat. it medium per pectus & horrida nexu  
Letifer aera calybs. trepidus super aduolat idas:  
Ac simul ænides. pariterq; menætius. & qui  
Bebricio potius remeauit ab hospite uictor.  
At uero ingentem thelamon procul extulit orbem  
Exanimem te canthe tegens ceu septus in arcto  
Dat catulos post terga leo. sic cominus hasta  
Aeacides: gressumq; tenet. contra q; ruentem  
Septeno ualidam circumfert tegmine molem.  
Nec minus hinc urget scythiæ manus. armaq; canthi.  
Ouisq; sibi & graio penam de corpore poscens.  
Arduus inde labos. medioq; in copore pugna  
Conferitur. magno ueluti cum turbine se se  
Ipsius euboia frangunt in limine uenti.  
Quem pelagi rabies: quem nubila: quemq; sequatur  
Ille dies. obnixa uirum sic cominus heret  
Pugna. nec arrepto uelli de corpore possunt.  
Et uobis multo exuuias qui frangit oliuo.  
Dat famuli tendunt illi. tractuq; uicissim  
Taurea terga domant. pingui fluit unguine tellus.



Talis utrinque labos . raptataque limite in arcto  
Membra uiri . miserande meant . hi tendere contra .  
Hi contra alternaque uirum non cedere dextrae .  
Hinc medium telamon cantum rapit . hinc tenet ardens  
Colla uiri : & moles galeae gesander habenas .  
Insonit : qua lapsa solo . dextramque fefellit .  
Ille iterum in clipei setemplicis improbus orbem  
Arietat . & cantum sequitur cantumque reposcit  
Quem manus a tergo sotium rapit . atque receptum  
Virginis euryales curru locat . aduolat ipsa .  
Ac simul hemonide gesandrumque omnis in unum  
It manus : ille nouas acies & uirginis arma  
Ut uidet : has etiam contra bellauimus inquit .  
Heu pudor inde licen ferit ad confine papillae .  
Inde thoen . qua pelta uacat . iamque ibat in arpen  
Vix dum prima leui ductantem cornua neruo .  
Inlabantis equi tendentem frena enbippon :  
Cum regina grauem nodis auroque securem  
Congeminans : partem capitis galeaque ferinae .  
Dissipat . hic pariter telorum immanis in unum  
It globus . ille diu contactis sufficit hastis .  
Quin grauior nutuque carens exterruit idam .  
Tunc ruit ut montis latus . aut ut machina muri :  
Que scopulis trabibusque diu confecta flammiss  
Procubuit tamen : atque ingentem propulit urbem .  
Ecce locum tempusque ratus : iamque & sua posci  
Prelia falcatos infert ariamenus axes .  
Seuaque diffundit sotium iuga : protinus omnes  
Grauigenas : omnes rapturus ab anguine colchos .  
Qualiter exosus pyrrhae genus aequora rursus  
Iuppiter : atque omnes fluuium si fundat habenas .  
Ardua parnasi lateant iuga . cesserit oibrys  
Piniger . & mensis decrescant rupibus alpes .  
Diluuio tali : paribusque ariamenus urget  
Excidiis : nullo rapiens discrimine currus .

6  
Impulit aduerso preceps equus ochea contio .  
Nequicquam totis reuocantem uiribus armos .  
Inlatus accedit sonipes . accepit & ipse  
Frigidus . arma cadunt . rorat procul ultima cuspis  
Qualem populeae fidentem nexibus umbrae  
Siquis auem summi deducat ab aere rami :  
Ante manu . tacita cui plurima credit harundo .  
Illa dolis uiscoque super correpta sequaci  
Implorar ramos . atque irrita concitat alas .  
Parte alia insectis nam forsitan iunxit inanis  
Styrus adest . letusque uirum cognescit nauis .  
Et prior . en cuius thalamis caetia uirgo  
Dicta nanet nostrosque feret qui uictor aomores .  
Non ait inuitoque gener mutabere patri .  
Tum simul aduersis collatis cursibus hastas  
Coniciunt . fugit adductis albanus habenis  
Sautius . atque darum laeto non spirat anausin .  
Hec uidet ille autem telo monbundus adacto  
Ad soceros pactaque sinus en coniugis inquit  
Styre fugis uulnus referens : quod carmine nullo  
Sustineat : nullusque leuet medea uenenis .  
Dixerat : extremus cum lumina corripit error  
Voxque repressa gelu percussa uertice tellus .  
Hinc animos acies auget : magnosque dolores .  
Turbine gesandrum mauors rapit . ille moantis  
Incepat . & stricto sic urget iazicat ense .  
Nempe omnes cecidete senes . nempe omnis edeptus  
Ante pater : quae uos subito tam fede senectus  
Corripuit : fregitque animos : atque abstulit iras .  
Aut mecum mediam iuuenes agite ite per urbem :  
Argolicamque manum : aut caris occumbite uat si .  
Irruit . & patrias ceptis ferus aduocat umbras .  
Sancte mihi uorapte pater tua pectora nato  
Suggere nuuc . animamque parem si fata peroso  
Tarda tibi : turpesque moras . non segius ipsi

Paruimus. paruiq; etiam didicere nepotes.  
Hec ait. auditusq; herebo tunc corripit ensem  
Turbidus: & furis ardens quatit arma paternis  
Indigenis sacratus aquis: magniq; sacer dos  
phasidis arctoïis equites errabat in armis:  
Populeus cui frondis honor: conspectaq; glauco  
Tempora nectuntur ramo: te cyrne parentis  
Immemorem duræ cupiens abducere pugnae  
Iam ꝑ omnes impune globos diuersaq; lustrans  
Agmina non usq; uidet. atq; iterum intrat in æquor  
Vociferans. iterum belli diuersa peragrat.  
Lancea ceruleas circum strepit incita uittas.  
Opprimit amissis ferus hunc gesander habenis.  
Ille manum trepidans: atq; irrita sacra tetendit  
Teq; per hanc genitor inquit tibi si manet oro  
Canicem compesce minas. & sicubi nato  
Parce meo dixit. contra sic uictor adacto  
Ense refer genitor turpi durare senecta.  
Quem mihi reris ad huc ipse hac occumbere dextra  
Maluit: atq; ultro segnes ab rumpere metas.  
Et tibi si pietas nati: si dextra fuisset  
Haud mediis precibus tereres nunc tempora belli  
Preda future canum. iuueni sor pulchrior omni  
Et certasse manu decet: & caruisse sepulchro.  
Dixerat. ille deos moriens celumq; precatur:  
Dextera ne misero talis foret obuia nato.  
Te quoq; canthe tui non inscia funeris argo  
Fleuit. at in uita rapientem tela carina  
Iam scythicos miserande sinus iam phasidis annem  
Contigeras nec longa dies ut capta uideres  
Vellera: & euboicis patrios de montibus ignes  
Illum ubi congressu subiit gesander iniquo:  
Territat his. tu qui faciles hominumq; putasti  
Has argiue domos: alium hic miser aspicias annum:  
Altricemq; niuem: festinaq; tedia uitæ.

6  
Egida tum primum uirgo spiramq; medusæ  
Tercentum seuis squalentum sultulit bydris:  
Quam soli uidistis equi. pauor occupat ingens  
Excussis interga uiris. diramq; retorquet  
In socios non sponte luem. tunc ensibus uncis  
Implicat: & trepidos lacerat discordia curus.  
Romanas ueluti seuissima cum legiones  
Thesiphone: regesq; mouet: quorum agmina pilis  
Quorum qualis utrumq; micant. eademq; parentis  
Rura colunt. idem lectos ex omnibus agris  
Miserat infelix non hec ad prelia tybris  
Sic modo concordēs: externaq; fata petentes  
Palladii rapuere metus. sic in sua uersi  
Funera concurrunt dominis reuocantibus axes.  
Non tam feda uirum laurentibus agmina terris  
Eiecere noti: libico nec talis imago  
Littore: cum fractas inuoluunt æquora puppes.  
Hinc biuges. illinc arcus tenduntur eriles:  
Quos radii: quos frena secant trahiturq; trahitq;  
Currus cede madens. atq; in puluere regum  
Viscera nunc aliis aliis nunc curibus berent.  
Haud usq; colchorum animi. neq; peste reuinctos  
Tela sed implicitos miseraq; in peste reuinctos  
Confodiunt. ac forma necis non altera surgit:  
Quam ceruos ubi non umbro uenator edaci  
Non primas petit berentes. sed cornibus altis  
Inuenit. & ceca constrictos accipit irra.  
Ipse recolectis audax ariamēnus armis  
Defilit. illum acies curuz secat undiq; falcis  
Partiturq; rotis. atq; inde furentia raptus  
In iuga circeostetigit non amplius agros.  
Talia certatim minæ: sparsiq; cytei  
Funera miscebant campis: scythiamq; premebat.  
Cum iuno esonide non hanc ad uellera cernens  
Esse uiam: nec sic redditus regina parandos





Extremam molitur opem: funesta priusq̄  
Consilia: ac se uas aperit rex perfidus iras.  
Increpat & seris uulcanum mesta querelis:  
Cuius flammiferos uidet inter regia tauros  
Pascua tartaream proflantes pectore noctem.  
Hæc & enim minyas ne iungere Marte peracto  
Monstra satis iubeat. cadmei dentibus hydri  
Ante diem timet. & uarias circumspicit artes.  
Sola animo medea subit mens omnis in una  
Virgine nocturnis: qua nulla potentior aris.  
Illius ad fletus: sparsosq̄ per auias fucos  
Sidera fixa pauent: & aui stupet orbita solis  
Mutat agros: fluuiumq̄ uias. suus adligat ignis  
Cuncta sopor. recolit fessos etate parentes.  
Datq̄ alias sine lege colus. hanc maxima circe  
Terrificis mirata modis. hanc aduena pbrixus.  
Qua uiso tracio lunam spumare uenero  
Sciret. & hemoniis agitari cantibus umbras.  
Ergo opibus magicis: & uirginitate tremendam  
Iuno duci sotiam coniungere querit achiuo.  
Non aliam tauris uidet & nascentibus armis  
Quippe parem: medio quæ stet in agmine flammæ  
Nullum mente nefas: nullos horrescere uisus  
Quid si cecus amor seuusq̄ accesserit ignis?  
Hinc ueneris thalamos: semperq̄ recentia sertis  
Tecta petit. uisa iam dudum profilit altis  
Diua toris: uolucrumq̄ exercitus omnis amorum  
Atq̄ prior placidis supplex saturnia dictis  
Aggreditur ueros metuens aperire timores.  
In manibus spes nostra tuis. omnisq̄ potestas  
Nunc ait. hoc etiam magis annue uera fatenti.  
Durus et argolicis tyrintibus exulat oris.  
Mens mihi non eadem iouis atq̄ aduersa uoluntas.  
Nullus honor thalamis: flammæ ue in nocte priores.  
At precor artificis blanda ad spiramina formæ

6  
Ornatusq̄ tuos. terra celoq̄ potentes.  
Sensit diua dolos iam pridem sponte requirens  
Colchida: & inuisi genus omne excindere pbæbi.  
Tum uero optatis potitur. nec passa precari  
Vlterius dedit ecce decus: fecundaq̄ monstris  
Cingula: non pietas quibus aut custodia famæ:  
Non pudor. at contra leuis & festina cupido:  
Affatusq̄ malis dulcisq̄ labentibus error:  
Et metus & demens: alienaq̄ cura pericli.  
Omne ait imperium: natorumq̄ arma meorum  
Cuncta dedi. quascunq̄ libet: nunc concute mentes.  
Cingitur arcanis saturnia leta uenenis:  
Atq̄ hinc uirginee uenit ad penetralia sedis  
Calchiopen imitata sono formaq̄ sororem.  
Fulsit ab in uita numen procul. & pauor artus  
Protinus: atq̄ ingens ætida protulit horror.  
Ergo nec ignotis minyas huc fluctibus inquit  
Aduenisse soror. nec nostro sola parenti  
Scis sotias iunxisse manus. at cætera muros  
Turba tenet. fruiturq̄ uirum celestibus armis.  
Tu thalamis ignaua sedes. tu sola paterna  
Fixa domo tales quando tibi cernere reges.  
Illa nihil contra. nec enim dea passa manumq̄  
Implicat. & rapidis mirantem passiq̄ auferit.  
Duictur infelix ad menia summa futuri  
Nescia uirgo mali. & falsæ commissa sorori  
Lilia per uernos lucent uelut alba colores:  
Precipue quis uita breuis. totusq̄ parumper  
Floret honor. fuscis etiam notus imminet alis.  
Hanc residens altis hecate perseia lucis  
Flebat. & has imo referebat pectore uoces.  
Deferis heu nostrum nemus: equalesq̄ cateruas  
Ab misera: ut graias haud sponte uageris ad urbes.  
Non in iussa tamen neq̄ te mea cura relinquam:  
Magna fugæ monumenta dab. s. spernere nec usq̄

Mendaci captiuā uiro . neq; ille magistrā  
Sentiet & raptu famulæ doluisse pudendo.  
Dixerat . ast ille murorum extrema capessunt.  
Defixeq; uirum lituumq; fragoribus horrent:  
Quales instanti nimborum . frigore mestæ  
Succedunt ramis : herentq; pauore uolucres .  
Iamq; gethæ . iamq; omnis hiber . dranticaq; densa  
Strage cadit legio . & latis prosternitur aruis .  
Semineces duplices inter sua tela suosq;  
Inter equos seuam misero lustramine uersant  
Congeriem . & longis campos singultibus implent  
Victores patrium contra pæana geloni  
Congeminant . eadem redeunt mox gaudia uictis :  
Qua deus & melior belli respexit imago .  
Quis tales obitus dederit : quis talia facta  
Dic . age tu ueri reminiscere musa furoris .  
Absyrtus clypei radii : curruq; coruscus  
Solis aui : cuius uibrantem cominus hastam  
Cernere : nec galeam gentes potuere minantem .  
Sed trepidæ reddeunt . & uerso uulnera tergo  
Accipiunt . magnisq; fugam clamoribus augent .  
Proterit impulsu grauis agmina : corporaq; atris  
Sternit equis . gemitusq; premit cerni  
Nec leuior committatur aron : horrentia cuius  
Discolor arma super : squallentesq; ære lacertos  
Barbarica chlamis arcet acu : tremefactaq; uento  
Implet equum . qualem roseis it lucifer alis :  
Quem uenus illustri gaudet producere cælo .  
Et non inde procul rambelus & acer o taxes  
Dispulerant colchus pariterq; inglorius armis  
Fraude noua stabula : & furtis ad suetus in ultis  
Depopulare greges frontem cum cornibus auxit  
Hipsidus : inq; dei latuit terrore lycei .  
Hac tunc attonitos facie defixerat hostes  
Quem simul agnota formidine bella mouentem

6  
Vidit aron : pauidos te niquit nunc rere magistros :  
Et stolidum petiisse pecus . non pascua nexos  
Hic tibi nocturnis : mite hec simulacraq; panis :  
Neue deum mihi finge . deus quoq; contere dexta .  
Sic ait . intentaq; adiutum missile planta  
Dirigit . et lapsis patuerunt uulnera uillis .  
Nec minus eolii proles oethia phrivi  
Fertur et ipsa furens . ac se modo leta citatis  
Agminibus : modo cognatis ostentat achuiis .  
Atq; hos in medio duri discrimine belli  
Laudibus inq; ipsis gaudens ubi uidit iason :  
Macte aito nostrū genus et iam certa propago  
Aeolie : nec opina domus stat . magna laborum  
Dona fero . satis hoc uisu q;cumq; rependo .  
Dixit . et insuetem . magnaq; in fata ceraumi  
Emicuit . clipeumq; rotans hunc poplite ceso  
Deicit . illum aperit lato per pectus biatu  
Argus . utrinq; ab equis ingenti porrigit auro :  
Et zacorū et palchem . peditem pedes haurit amastin  
Sanguinis ille & globos : effusaq; uiscera gestat  
Barbarus : & cassa ridens sublabitur ira .  
Dat calais barisanta neci . semperq; propinquas :  
Riphea uenali comitantem sanguine pugnas :  
Centum leta bouum . bellator corpora centum  
Pactus equis . his ille animam lucemq; rependit  
Crudelis . tandem dulces iam cassus in auras  
Respicit : ac nulla cælum reparabile gaza .  
Labitur in tortos per tempora ceru' a crines .  
Tunc quoq; materna uelatus harundine peucon .  
At genitrix imis pariter meotis ab antris  
Impleuit plāgore lacus : natumq; uocauit :  
Iam non per ripas : iam non per curua uolant m  
Stagna . nec in medio truncantem marmore ceruos .  
Eurtius ex homatas agit æquore . nestoris hastæ  
mmoritur primeuus belix . nec reddita caro

Nutrimenta patri primus ereptus in annis.  
Ablatacum: zetemq; daraps .illum exigit hasta.  
Hunc figit ingenti subitum sanguinis unda.  
Vidit & extremo lucentia pectora ferro.  
Ecce autem muris residens medea paternis  
Singula dum magni lustrat certamina belli:  
Atq; bos ipsa procul densa in caligine reges  
Agnoscit. queritq; alios iunone magistra.  
Conspicit æsonium longe caput. ac simul acres  
Huc oculos: sensusq; refert: animumq; fauentem.  
Nunc quos raperet. nunc quo diuersus abiret  
Ante uidens: quodq; unus equos: quod fuderat arma:  
Orantesq; uiros quam densis sisteret armis.  
Quaq; iterum tacito sparsit uaga lumina uultu  
Aut fratris querens: aut pacti coniugis arma:  
Seuus ibi miseræ: solusq; occurrit iason.  
Tunc his germanam aggreditur ceu nescia dictis.  
Quis precor hic toto iam dudum feruere campo  
Quem tueor: quemq; ipsa uides. nam te quoq; tali  
Attonitam uirtute reor. cōtra aspera iuno  
Reddit agens stimulus: ac diris fraudibus urget.  
Ipsam ait æsonidem cernis soror: equore tanto  
Debita cognati repetit qui uellera phrixi.  
Nec nunc laude precor generis: nec sanguine quisq;  
Aspicis: ut minyas inter proceresq; citatos  
Emitet effulgens: q̄tisq; insultet aceruis.  
Etiam uela dabit. iam littora nostra relinquet.  
Tessalie felices opes: delectaq; phrixi  
Rura petens. eat. atq; utinam superetq; labores.  
Tantum affata magis campis intendere suadet:  
Dum datur: ardentemq; uiri percurrere pugnas.  
At simul hanc dictis: illum dea marte secundo  
Intulit. atq; nouas egit sub pectore uires  
Ora sub excelso iam dudum uertice coni  
Seua micant: cursuq; ardescit. nec tibi paræ:

Nec tibi uirgo iubæ. letabile sidus achiuæ.  
Acer ut autumnus canis: iratoq; uocati  
A ioue: fatales ad regna in iuita cometæ.  
Nec sua crethiden latuit dea. uimq; recentem  
Sentit agi membris. ac se super agmina tollit:  
Quantus ubi ipse gelu magnoq; incanuit umbra  
Caucasus. & summas abiit hibernus in arcios  
Tunc uero stabulis qualis leo seuit opimis  
Luxurians: spargitq; famem: mutatq; cruores.  
Sic neq; parte ferox nec cede moratur in una:  
Turbidus inq; omnes pariter furit. ac modo seuo  
Ense. modo infesta rarecunt cuspidum pugna.  
Tunc & terrificis undantem cornibus hebrum:  
Et geticum priona ferit. caput eripit anchi  
Bracchiaq; . & uastis uoluendum mittit harenis  
At genitus ioue completrat sua fata colaxes.  
Iamq; pater mesto contristat sidera uultu  
Talibus egra mouens nequicq; pectora curis.  
Hei mihi si duræ natum subducere sorti  
Mollior: atq; meis ausim confidere regnis.  
Frater adhuc amici meret nece. cunctaq; diuum  
Turba fremunt: quorum nati cecidere. cadentq;  
Quin habeat sua quenq; dies. cunctisq; negabo:  
Quæ mihi supremos misero sic fatus honores  
Congerit. atq; animis moriturum ingentibus implet.  
Ille uolat campis: immensaq; funera miscet  
Per cuneos: uelut h.berno pro ruptus ab arcu  
Iber agens scopulos nemorumq; operumq; ruinas:  
Donec ab ingenti bacchatus uertice montis  
Frangitur: inq; nouum paulatim deficit amnem.  
Talis in extremo proles iouis emicat euo.  
Et nunc magnanimos. hypetaona gestit hominumq;  
Nunc arinem nolbumq; notat iam sautius apren.  
Et desertus equo tydrum pedes excidit hasta.  
Phasiaden pecoris custos de more paterni:

Caucasus ad primas genuit quem phasidis undas.  
Hinc puero cognomen erat. famulumq; ferebat  
Phasidis in tonso nequicq; crine parentis.  
Iamq; aliis instabat atrox: cum diua supremas  
Rumpit iniqua colus. uictorq; aduenit iason.  
Excipit hunc seua sic fatus uoce colaxes.  
Vos scythia saturare canes: scythiazq; uolucres  
Heu miseri uenistis ait. saxumq; prehensum  
Illius & dextre gestamen: & illius eui.  
Concussa molitur humo. quod regia iuno  
Flexit ad ignotum caput. infletumq; monesi  
Preceps ille ruit. nato non depulit ictus  
Iuppiter. æsoniæ uulnus fatale sed hastæ  
Per clipeum per pectus agit. clypeoq; cruentus  
Aduolat æsonides. mortemq; cadentis aceruat.  
Spargitur hinc: miseriq; uenit iam notus alantro.  
At regina uirum neq; enim deus amouet ignes  
Persequitur lustrans. oculisq; ardentibus herret.  
Etiam leta minus presentis imagine pugnae.  
Castigatq; metus: & quas alit inscia curas  
Respiciens an uera soror. nec credere falsos  
Audet atrox uultus. eademq; in gaudia rursus  
Labitur. & seua trahitur dulcedine flammæ.  
Ac uelut ante comas: ac summa cacumina siluæ  
Lenibus alludit flabris leuis auster. at illum  
Protinus immanem curæ miseræq; carinæ  
Talis ad extremos agitur medea furores  
Interdum blandæ direpta monilia diuæ  
Contrectat: miseroq; aptat flagrantia collo.  
Quaq; dedit teneros aurum furiale per arctus  
Deficit: ac sua uirgo deæ gestamina reddit.  
Non gemmis non illa leui turbata metallo.  
Sed facibus. sed mole dei: quem pectore toto  
Iam tenet. extremus roseo pudor errat in ore.  
Ac prior is. credis ne patrem promissa daturum

6  
O soror: argolicus cui diis melioribus hospes  
Contigit? aut belli q̄tum iam restat acerbi?  
Heu quibus ignota se se pro gente periclis  
Obicit hec fantem medio in sermone reliquit  
Incepti iam iuno potens. securaq; fraudis  
Imminet & celsis audentibus improba muris  
Virgo. nec ablatam sequitur: querit ue sororem.  
Ab quotiens uis diua ducum: densiq; repente  
Æsoniden pressere uiri. cunq; omnis in unum  
Iber iit: totiens saxis pulsatur & hastis.  
Primaq; ad infesti lex anoris horruit arcus.  
Alta sed æsonium supra caput exit harundo.  
Teq; caice petit. coniunx miseranda caico  
Linquitur: & primo domus imperfecta cubili.  
Regius eois miraces interpres ab oris  
Venerat: ut colchos procul atq; oætia parthis  
Federa donato non irrita iungeret auro.  
Tum iuuenem terris parca tenuere cytheis.  
Ac subiti mauortis amor simul armiger ibat  
Semiuiui impubemq; gerens sterilem q̄iuuentam.  
Ipse pharetratis residens ad frena tapetis  
Nunc leuis infesto procurrat in agmina curru  
Nunc fuga conuersas spargit mentita sagittas.  
At uiridem gemmis: & æoæ stamine siluæ  
Subligat extrema patrum ceruice tiaram.  
Insignis manicis. insignis cinice dextro.  
Improba barbaricæ procurrunt tegmina plantæ.  
Nec latuere diu seuum spolia illa sienem.  
Perq; leuem & multo maculatam murice tigrin  
Concita cuspis abit. subitos ex ore cruores  
Sautia tigris biat: uitamq; effudit herilem.  
Ipse puer fracto pronum caput implicat arcu.  
Sanguine tunc atro clamis ignea: sanguine uultus  
Et gratæ maduere comæ: qual flore saebo  
Nutrierat: liquidoq; parens signauerat auro.



Qualem si quis aquis & fertilis ubere terræ  
Educat: ac uentis oleam felicibus implet.  
Iam qui det primam tenero de uertice frondem:  
Cum subit immixtis preceps aquilonia nimbis  
Venit hyems: magnaq; euulsam extendit harena  
Haud secus ante urbem miraces: atq; ipsius ante  
Virginis ora cadit. sed non magis illa mouetur  
Vnius egra metu: quam te meleagre furentem:  
Quam talaum uidet: aut pugnas miratur acasti.  
At satis hos ipsæ gentes campi q; uidebant  
Tempestate pari uersis incumbere turmis.  
Ante oculos fuga fæda ducum. largusq; cadentum  
It cruor. & currus dominis ingentibus orbi.  
Non tulit hos perpes gemitus: clademq; suorum:  
Tergaq; uersa tuens. hic celum questibus implet.  
Quid me iam patriis eiectum sedibus istas  
Ut struerem pugnas: scythiamq; in bella mouerem.  
Vos superi. uos augurio iussistis inani.  
Quid fratris seui tunc iuppiter omine penas  
Promisere mihi. nobis argoa parabas  
Scilicet auxilia: & tantas coniungere uires.  
Sæua quidem lucis miseris modo dent tamen oro  
Vnum illum mihi fata diem: quo fallere achiuos  
Quisq; uelit quo que hunc uideam uirtute superbum  
Aesonidem tantos flentem sine honore labores.  
Dixerat hæc. pectusq; suis euerberat armis.  
Et galeam fletu: galeam singultibus implet.  
Ibat & in medium preceps incendia belli:  
Ni prior aduersis pallas uidisset ab armis.  
Et secum ruit ecce ferox in funera perpes:  
Quem genitor colchis folioq; reponere fratris  
Iam statuit. nostra uereor ne fraude peremptum  
Increpet. & culpam hanc magno terrore rependat.  
Hæc dicens atro nebulam diffundit amictu:  
Stridenteq; uiri circum caput amouet bastas.

7  
Ille super sotias dementi turbine gentes  
Erigitur paulum leui raptatus in ethra.  
Iam tandem extremas pugnae defertur in oras:  
Forte ubi serus hiber: ubi sidoniaq; pbalanges  
Marte calent. solisq; iuuant clamoribus agmen.  
Nox simul astriferas profert mortalibus umbras:  
Et cadit extemplo belli fragor. egraq; muris  
Digreditur longum uirgo perpessa timorem.  
Ut fera nielbelii paulum per sacra resistunt:  
Mox rapuere deum iam iam qd cunq; paratæ  
Thyiades. haud alio remeat medea tumultu.  
Atq; inter graiumq; acies patriasq; pbalanges  
Semper in expletis agnoscit iasona curis:  
Armaq; q; caua superest de casside uultus;

E quoq; thessalico iâ serus ab hospite uel p  
Diuidit. & te iâ tua gaudia uirgo relinquunt.  
Noxq; ruit soli ueniens nō mitis amanti.

Ergo ubi contactis extremo in limine plantis  
Contigit egra toros & mensa incensa tenebris:  
Vertere tunc uarios per longa insomnia questus.  
Nec poterat quo scire malo tandemq; fateri  
Ausa sibi paulum medio sic fata dolore est.  
Nunc ego quo casu: uel quo sic peruigil usq;  
Ipsa uolens errore trabor. non hæc mihi certe  
Nox erat ante tuos iuuenis fortissime uultus:  
Quos ego cur iterum demens iterumq; recordor  
Tam magno discreta mari. quid in hospite solo  
Mens mihi: cognati potius iam uellera phixi  
Accipiat: quæ sola petit: quæq; una laborum  
Causa uiro. nam quando domos has ille reuifet:

Aut meus æsonias quando pater ibit ad urbes.  
Felices medius qui se dare fluctibus ausi:  
Nec tantas timuere uias: talemque sequuti  
Hunc qui deinde uirum. sed sic quoque talis abito.  
Iam iactata toro nimium quæ experta cubile  
Ecce uidet tenui candescere limen eoo.  
Nec minus in somnem lux orta refecit amantem:  
Quam cum languentes erexit imber aristas.  
Grataque iam fœllis descendunt flamina remis.  
At sua longarum minyas iam cura uiarum  
Admonet. inque ipso ne quicquam tempore regem  
Leticia meriti que petunt: quem passus iason  
Vota prius captasque deis accendere predas.  
Prominet: atque oculos longe tenet aurea si iam  
Pellis & oblati claresceret aspera uillis  
Ille autem nam iam uultus uocesque parantem  
Ante aperit. rumpitque moras. inque ipsa morantis  
Profilit ora uiri. tali que effunditur ira.  
Orbe fatos alio sua littora regnaque habentes  
Quis furor has mediis tot fluctibus egit in oras.  
Quis ue mei uos tantus amor. tu prima malorum  
Causa mihi. tu pbrixe gener. non te equore mersum:  
Quo soror ut felix nullos nunc nomine graios  
Nossem ego: quis regum pelias: quis thessalus. aut quæ  
Gretia. quondam hominum cerno genus. aut ubi cautes  
Cyaneæ. uenit scythicas en hospes in oras.  
Quinquaginta asiam. pudet heu. penetrarit iason  
Exulibus. meque ante alios sic spreuerit una  
Vna ratis: spoliū ut iuno de rege reportet.  
Ipsū offerre meos atque ipsum pandere lucos  
Imperet. & nullo dignetur uincere bello.  
Cur age non templis sacrata auellere dona  
Omnibus: atque ipsas gremiis abducere natas  
Predo libet. uobis ne domos uobis ne parentes  
Esse putem: ratis infandis quos sola rapinis:

7  
Sæuaque pascit byems: & quos credamus ut ipsis  
Rex suus illisit pelago: uetuitque reuerti.  
Scilicet æolie pecudis patiat ut auro:  
Ante meus cæsa descendet caucasus umbra:  
Ac prior hæmonias raptet super equora predas.  
Aut ego cum uittis statui feralibus bellem:  
Si tamen his aliter perstas non cedere terris.  
Teque pudor cassi reditus mouet. ac latet una  
Nescio quid plus puppe uiris. haud ipse morabor:  
Quæ petitis. modo nostra prior tu perfice iussa.  
Martius ante urbem longis iacet horridus amnis  
Campus: & ardentes: ac me quoque uomere presso  
Me quoque cunctantes interdum agnoscere tauri.  
His magis atque magis rabiem nunc nostra senectus  
Luxuriamque dedit. solitoque superbior ignis  
Ore fremit. succede meæ fortissime laudi.  
Et nostros recole hospes agros. nec semina deerunt:  
Quæ prius ipse dabam & messes: quas solus obibam.  
Consiliis nox una satis. tecumque retracta  
Cunque tuis hæc iussa deis. ac si quid in isto est  
Robore predicti ueniens in rura laboris  
Ipse incertus adhuc tenebris te protinus illis  
Inuolui: flammisque uelim durare parumper.  
An magis euerso iacias dum semina campo.  
Hac tibi cadmei dum seminis exeat hydri  
Miles: & armata florescant pube nouales.  
Filia prima trucis uocem mirata tyranni  
Hesit. & ad iuuenem pallentia retulit ora.  
Contremuitque metu: ne nescius audeat hospes.  
Seque miser: ne posse putet. perstrinxerat horror  
Ipsū etiam. & mesta stabat defixus in ira.  
Non ita tyrrhenus. stupet magis ionius alto:  
Qui te iam lilybee tuens clarumque serena  
Arcepharon. preceps subit omnis quam hostia nunquam  
Ausoniam uidet: & seuas adcedere syrtes.

Tum tamen infando quæ det responsa tyranno  
Colligit: & tandem obtuitu conturgit ab alto.  
Non ait hos reditus. non hanc cæta dedisti  
Spem minyis: cum prima tuis pro menibus arma  
Induimus. quo uersa fides. quos uestra uoluntant  
Iussa dolos. alium hic pelian. alia equora cerno.  
Quin agite hoc omnes: odiisq; urgete tyranni  
Imperiisq; caput q̄q̄ mihi dextera nec spes  
Defuerit mox iussa pati nec cedere duris.  
Vnum oro. seu me illa suis seges obruet hastis.  
Hauriet aduerso seu crastinus ignis biatu.  
Nuntius hinc seuas peliæ mittatur ad aures  
Hic perisse uiros. & me si uestra fuisset  
Vlla fides: reducem paterer potuisse referri.  
Talibus attonitos dictis natamq; patremq;  
Linqvit. & infida preceps prorumpit ab aula.  
At trepida in medios inter deserta parentes  
Virgo silet. nec fixa solo seruare parumper  
Lumina: nec potuit mestos non flectere uultus.  
Respexitq; fores. & adhuc inuenit euntem  
Visus. & heu miseræ tunc pulchrior hospes amanti  
Discedens. tales humeros ea terga relinquit.  
Illa domum atq; ipsos paulum procedere postes  
Optat: & ardentes tenet intra limina gressus.  
Qualis ubi extremas io uaga sentit harenas.  
Fertq; refertq; pedum tumido q̄ cogit erinyis  
Ire mari. phariæq; uocant trans equora matres.  
Circuit baud aliter: foribusq; impendet apertis.  
An melior minyas reuocet pater: oraq; querens  
Hospitis: aut solo meret defecta cubili.  
Aut uenit in caræ gremium refugitq; sororis.  
Atq; loqui conata silet. rursusq; recedens  
Querit: ut æis hospes confederit oris  
Phryxus. ut aligeri circem rapuere dracones.  
Tum comitum uisu fruitur miseranda suarum.

7  
Expleriq; nequit. subitoq; parentibus heret  
Blandior. & patriæ circumfert oscula dextræ.  
Sic assueta toris: & mensæ dulcis herili  
Egra noua iam peste canis rabieq; futura  
Ante fugam totos lustrat queribunda penates.  
Tandem etiam moli sese simul increpat ira.  
Pergit ait demens atq; illius angit imago  
Curaq;: cui profuga fors an tenet alta carina:  
Quiq; meum patrias referet nec nomen ad urbes.  
Quid me autem sic ille mouet. superet ne labores.  
An cadat. & tanto turbetur grætia luctu.  
Saltem fata uirum si iam suprema ferebant  
Iulius ad ignotos potius foret ire tyrannos.  
O utinam & tandem non hac moreretur in urbe.  
Namq; & sidereo nostri de sanguine phryxi  
Dicitur: & caram uidi indoluisse sororem.  
Seq; ait has iussis ac tum misere per umbras:  
Aut redeat quocunq; modo. meq; ista precari  
Nesciat. atq; meum non oderit ille parentem.  
Dixerat hæc. stratoq; graues proiecerat artus.  
Si ueniat miserata quies: cum sauior ipse  
Turbat agitq; sopor. supplex hinc sternitur hospes.  
Hinc pater illa noua rumpit formidine somnos.  
Erigiturq; toro. famulas carosq; penates  
Agnoscit modo thessalicas raptata per urbes:  
Turbidus ut penis cecisq; pauoribus enssem  
Corripit: & seue ferit agmina matris orestes.  
Ipsum angues. ipsum horrifoni quatit ira flagelli.  
Atq; iterum infestæ se feruere cede lacenæ  
Credit agens falsaq; redit de strage dearum  
Fessus. & immiseræ conlabitur ora sororis.  
His ubi ne quicq; mutantem colchida curis  
Inno uidet: nec dum extremo parere furori:  
Non iam mentitæ uultum uocemq; resumit  
Calchiopes: quando ardor habet leuiorq; pudori



Mensq; obnixa malo. tenues sublimis in auras  
Tollitur & fuluo uenerem uestigat olympo.  
Sum memor: ut tantum mecum partita laborem.  
Illa nimis sed dura manet. conuersaq; in iram  
Et furias dolet: ac me nunc decepta reliquit.  
I precor atq; istum: quo me frustratur amorem  
Vince precor: patrius ut tandem euadere tectis  
Audeat: atq; meum casu defendere ab omni  
Aesonidem. quis illa sacro quo freta ueneno.  
Illum etiam totis adstantem noctibus anguem:  
Qui nemus omne suum: quiq; aurea respice porro  
Vellera totspiris circum tot ductibus implet:  
Soluat: & in somnos ingenti soluat ab orno.  
Hec tibi non furis. atq; ipsi cetera mando.  
Tum uenus aligerum mater sic fatur amorum.  
Nec tibi cum primos aggressa es flectere sensus  
Virginis: ignotaq; animum contingere cura  
Defuimus. data continuo qd' cingula soli  
Nostra tibi: quis mota loco: labefactaq; cessit.  
Haud satis est. sed me ipsa opus & cunctantia poscunt  
Pectora me. dubiusq; pudor. iam federa faxo  
Aesonii petat ipsa uiri. metuatq; morari.  
Tu face luciferæ citus ad delubra dianæ  
Deueniat: sacras solita est ubi fundere tedas  
Colchis: & equali dominam lustrare caterua.  
Nec te nunc hecates subeat metus: aut mea forte  
Impediat: nec me etati quin audeat opto.  
Continuo transibit amor: cantuq; trilingui  
Ipsam flammiferos cogam compescere tauros.  
Amplexuq; petit. uolucrum tunc aspiciit irim.  
Festinanq; iubet monitis parere diones.  
Et iuuenem esonium predicto sistere luco.  
Protinus hinc iris minyas. cytherea petiuit  
Colchida. caucaseis speculatrix iuno resedit  
Rupibus. attonitos ææa in menia uultus

7  
Speq; metuq; tenens. & adhuc ignara futuri  
Vix primas occulta uenus prospexerat arces.  
Virginis ecce nouus mentem perstringere largor  
Incipit. ingeminant commotis questibus a stis.  
Ergo iterum sensus uarios super hospite uoluens  
Meret. & absenti ne quicq; talia fatur.  
Si tibi thessalicis: nunc si tua forte uenenis  
Mater: & heu si qua est posset succurrere. coniunx:  
Quid ue tuos uirgo possim nisi flere labores.  
Hoc satis ipsa etiam casus spectare supremos.  
Atq; iterum duræ cogar comes ire sorori.  
Et nunc ille sui non quenq; sorte moueri:  
Non ullum meminisse putat. cunq; omnibus odit.  
Me quoq; si quando fuerit tamen ulla potestas.  
Illum ego qui diris ciuis ultimus besent auis:  
Ossaq; quis tauris: seuusq; pepercerit ignis  
Componam. sedemq; dabo. fas tunc mihi manes  
Dilexisse uiri. tumuloq; has reddere curas.  
Dixerat. ecce toro uenus improvisa resedit.  
Sic ut erat mutata deam: mentitaq; pictis  
Vestibus: & magica circen titanida uirga.  
Ipsa uelut lenti fallatur imagine somni  
Hic oculos incerta tenet: magniq; sororem  
Paulatim putat esse patris. tum flebile gaudens  
Profuit. seuq; ultro tulit oscula diuæ.  
Ac prior. o tandem uix tandem reddita curæ  
Dura tuis: quæ te biugis serpentibus egit.  
Hinc fuga: quæ ue fuit patrius mora gratior oris.  
Ante & thessalicæ phasim petiere carinæ.  
Perq; tot infelix frustra uada uenit iason.  
Quam patriæ te mouit amor: tum cætera rumpit.  
Occurritq;. uenit: tu nunc mihi causa uiarum.  
Sola tuæ uenio iam pridem ignaua iuuentæ  
Cætera parce queri. neu me meliora sequuntam  
Argue. quippe etiam repetentur munera diuum



Omnibus hunc potius communem amantibus orbē.  
Communes & crede deos. patriam inde uocato:  
Qua reduntq; dies. nec nos onerata malignis  
Claferit hoc uno semper sub frigore mensis.  
Fas mihi non humiles. fas & tibi linquere colchos.  
Et nunc ausonii coniunx ego regia pici.  
Nec mihi flammiferis horrent ibi pascua tauris.  
Meq; uides tusci dominam maris. at tibi qui nam  
Sauromatae miseranda proci. cui uadis ibero.  
Hei mihi uel seuo coniunx non una gelono.  
Illa dea contra iam dudum spernere uoces.  
Non ita me immemorem magne perseidos inquit  
Cernis: ut infelix thalamos ego cogar in illos.  
I precor. atq; unum pro me dimitte timorem.  
Sed magis bis miseram: quando potes eripe curis.  
Vnde metus est usq; mihi. queq; aspera semper  
Perpetior duræ iam dudum incendia mentis.  
Nulla quies animo. nullus sopor. arrida menti  
Quere malis nostris requiem. mentemq; repone.  
Redde diem. noctem mihi deme adprehedere uestes  
Somniferas: ipsaq; oculos componere uirga.  
Tu quoq; nil mater prodes mihi. fortior ante  
Sola fui. tristes thalamos infestaq; cerno  
Omnia: uipereos ipsi tibi surgere crines.  
Talia uerba dabat. conlapsaq; flebat iniq;  
Inueneris medea sinus. pestemq; latentem  
O sibus: atq; imi monstrabat pectoris ignem.  
Occupat amplexu uenus. & funalia figit  
Oscula. permixtumq; odiis inspirat amorem.  
Dumq; illam uariis merentem uocibus ambit:  
Inq; alio sermone tenet. quin hoc ait audi.  
Atq; attolle genas. lacrimisq; hæc infit ab ortis.  
Cum leuis a superis ad te modo laberer auris:  
Forte ratem primo fugientem littore cerno.  
Qualem nostra suo nunq; dimittere ponto

7  
Vellet: ad huc omnes quæ detinet insula nautas.  
Vnus ibi ante alios: qui tum quoq; pulchrior omnis  
Visus erat. longeq; ducem mirabar & ipsa  
Aduolat. atq; unam comitum ratus esse tuarum  
Per tibi si quis ait morituri protinus horror:  
Et quem non meritis uideas occurrere monstris  
Hæc precor. hæc domine referas ad uirginis aurem.  
Tu fletus ostende meos. illi has ego uoces:  
Qua datur: hasq; manus ut possum a littore tendo.  
Ipse ego: quas mecum per mille periacula traxi  
Defecere dea. spes & uia sola salutis:  
Quam dederit: si forte dabit. ne uota repellat  
Me mea totq; animas. qualis nec uiderit ultra.  
Dic precor auxilio iuuet: atq; hæc nomina se iuet.  
Si pelopis duos prior hippodomia labores  
Expedit. totq; ora simul uulgata procorum  
Respiciens tandem patrios exhorruit axes  
Si dedit ipsa neci fratrem minora uirgo:  
Cur non hospitibus fas sit succurrere dignis.  
Te quoq; & æeos subeas mittescere campos.  
Occidat eterna tandem cadmeia morte  
Iam seges: & uiso spumantes hospita tauri.  
Hei mihi quod nullas hic possum exsoluere grates.  
Ut tamen hoc seu corpus de morte receptum  
Hanc animam sciat esse suam. miserebitur ergo  
Dic ait: an potius strictumq; ruebit in enssem.  
Promissi ne falle precor. cumq; ipsa mouerer  
Alloquio casuq; uiri te passa rogari  
Sum potius. tu laude noua. tu supplice digno  
Dignior es. & fama meis iam parua uenenis.  
Torserat illa graui iam dudum lumina uultu.  
Vix animos dextramq; tenens: quin ipsa loquentis  
Iret in ora dea tanta pudor estuat ira  
Verba canens. horror molles in uasserat annos.  
Iamq; toro trepidas infelix obruit aures.

Nec quo ferre fugam: nec quos euertere posset.  
Prensa uidet rupta condi tellure premiꝫ  
Iam dudum cupit: ac diras euadere uoces.  
Illa sequi iubet: & portis expectat in ipsis.  
Seuus echionia ceu penthea bacchus in aula  
Deserit infectis per roscida cornua uittis:  
Cum tenet ille deum: pudibundaq; tegmina patris  
Tympanaꝫ: & mollem subito miser accipit hastam.  
Haud aliter deserta pauet. perq; omnia circum  
Fert oculos: tectisq; negat procedere uirgo.  
Contra seuus amor. contra periturus iason  
Urget. & auditæ crescunt in pectore uoces.  
Heu quid agat uidet externo se prodere patrem  
Dura uiro. famam scelerum iamq; ipsa suorum  
Prospicit. & questu superos: questuq; fatigat  
Tartara. pulsat humum. manibusq; imurmurat uncis  
Noctis heram ditemq; ciens. succurrere tandem  
Morte uelint. ipsumq; simul dimittere leto:  
Quem propter furit absentem seuissima poscit  
Nunc peliam: tanta iuuenem qui perderet ira.  
Proclamat neq; opem ignoto: uiresq; daturam:  
Ac nequeat turpi cessuram semper amanti.  
Sepe suas misero promittere destinat artis.  
Denegat. atq; ima potius discernit in ira:  
Atq; toro proiecta manet. cum uisa uocari  
Rursus: & impulso sonuerunt cardine postes.  
Ergo ubi nescio quo penitus se numine uinci  
Sentit: & abscissum quicquid pudor ante monebat.  
Tum thalami penetrabile petit: que maxima norat  
Auxilia hemoniæ querens pro rege carinæ.  
Utq; procul magicis spirantia tecta uenenis:  
Et sæue patuere fores: ablataq; contra  
Omnia quæ ponto: quæ manibus eruit imis:  
Et quæ sanguinea lunam distinxit ab ira.  
Tu ne sequeris ait quicq; aut patiere pudendum:

7  
Cum tibi tot mortis scelerisq; breuissima tanti  
Erfugia. hæc dicens qua non uelocius ulla  
Pestiteram toto ne quicq; limine lustrat.  
Cunctaturq; super. morituraq; colligit iras.  
O nimiū iocunda dies: quam cara sub ipsa  
Morte magis. stetit. & sese mirata furentem est.  
Occidis heu. primo potes hoc durare sub æuo.  
Nec tu lucis ait: nec uideris ulla iuuentæ  
Gaudia. non dulces fratris pubescere malas.  
Hunc quoq; qui nunc est crudelis iasona nescis  
Morte perire tua. qui te nunc inuocat unam:  
Qui rogat: & nostro quem primum in littore uidi.  
Cur tibi fallaces placuit coniungere dextras.  
Tunc poteratq; istis iuuenem non perdere monstris.  
Protinus ipsa etiam. fateor. tunc ipsa uolebam.  
Testor cara tuas circe titania uoces.  
Te ducente sequor. tua me grandeua fatigant  
Consilia: & monitis cælo minor hæc ubi fata:  
Rursus ad hemonii iuuenis curamq; metumq;  
Vertitur. hunc solum propter se uiuere gaudens:  
Siue mori quodcunq; uelit. maiora precatur  
Carmina: maiores hecaten immittere uires.  
Nunc sibi nec notis stabat contenta uenenis.  
Cingitur inde sinus. & qua sibi fida magis uis  
Nulla prometheæ florem de sanguine fibræ  
Caucaseum tonitru nutritaq; gramina ponit.  
Quæ sacer ille niues inter tristesq; pruinas  
Durabat. editq; cruor: cum uiscere uultur ad eso  
Tollitur e scopulis: & rostro irrorat aperto.  
Idem nec longi languescit finibus eui  
Immortale uirens. idem stat fulmina contra  
Sanguis. & in mediis florescunt ignibus herbæ  
Prima hecate stigiis duratam fontibus harpem  
Intulit. & ualidas scopulis effodit aristas.  
Mox famulæ monstrata seges: quæ lampade phebæ

Sub decima iuga feta metit. seuitq; per omnes  
Reliquias. sanieq; dei gemit irritus ille  
Colchidos ora tuens. totos tunc contrahit artus  
Mente dolor. cunctaq; tremunt sub falce catenæ.  
Talibus infelix contra sua regna uenenis  
Induitur. noctiq; tremens intertur opacæ.  
Dat dextram: blandeq; pauens uocem uenus. & quam  
Alloquis: iunctoq; trahit per menia passu:  
Qualis adhuc teneros suppreum pallida fœtus  
Mater ab excelso produxit in aera nido.  
Hortaturq; sequi: breuibusq; insurgere pennis.  
Illos cerulei primus ferit horror olympi.  
Iamq; redire rogant. aduetaq; queritur arbor.  
Haud aliter cecæ per menia deficit urbis  
Incedens: horretq; domos medea silentes.  
Hic iterum extremæ ne quicq; in limine portæ  
Substitit. atq; iterum fletus animiq; soluti.  
Respexitq; deam. paulumq; bis uocibus hesit.  
Ipse rogat certe: meq; ipse implorat iason.  
Nulla ne culpa subeît. labes non ulla pudoris.  
Nullus amor. nec turpe uiro seruire precanti.  
Illa nihil contra. uocelq; adrumpit inanes.  
Et iam iam magice per opaca silentia colchis  
Ceperat ire sono: monstrataq; condere uultus  
Numina: cunq; suis auerti collibus amnes.  
Iam stabulis gregibusq; pauo: rîstrepitusq; sepulcbris  
Inciderat. stupet ipsa graui nox tardior umbra.  
Namq; tremens longe sequitur uenus. atq; sub altis  
Perueneret trabes: diuæq; triformis in umbram.  
Hic subito ante oculos nondum speratus iason  
Emicuit: uiditq; prior. conterrita uirgo.  
Atq; hic se profugam uolucris taumantias ala  
Sustulit: inde uenus dextræ dilapsa tenenti.  
Obuius ut sera cum se sub nocte magistris  
Impingit pecoriq; pauor: quales ue profundum

7  
Per chaos occurrunt cæcæ sine uocibus umbræ.  
Haud secus in mediis noctis nemorisq; tenebris  
Inciderant ambo attoniti: iuxtaq; subibant  
Abietibus tacitis aut immotis cyparissis:  
At similes rapidus nondum quas miscuit auster.  
Ergo ut erat uultu defixus uterq; silenti:  
Noxq; suum peragebat iter: iam iam ora leuare  
Aesonidem: fariq; cupit medea priorem.  
Quam simul effusis pauitantem fletibus beros  
Flagrantemq; genas uidit: miserumq; pudorem:  
Has tandem uoces dedit: & solatus amantem est.  
Fers ne aliquam spem lucis ait. miserata laborem  
Nempe uenis. an & ipsa mea letabere morte.  
Ne precor infando silente uirgo parenti  
Gesseris. haud tales decet in clementia uultus.  
Nasci ne nunc grates. hæc expectata laborum  
Dona dari decuit sit te sub teste remitti  
Fas mihi uirgo tuum iustas de uocibus aures.  
Nec pater ille tuus tantis me opponere monstris.  
Quid meritum: aut tales uoluit me expendere penas.  
Iam iacet externa: qd' nunc mihi cuspide canthus:  
Quodq; meus uestris cecidit pro menibus ipbis.  
Aut scithiæ tanta inde manus iussisset abire  
Perfidus: atq; suis extemplo cedere regnis.  
Spem mihi promissam per quæ discrimina rursus  
Et reddat: qua lege uides. occumbere tandem  
Possumus. idq; sedet: quam non quecunq; subire  
Patris iussa tui. nunq; sine uellere abibo  
Hinc ego de generem. nec me tu prima uidebis.  
Hæc ait. illa tremens: ut supplicis aspicit ora  
Conticuisse uiri: iamq; & sua uerba reposci:  
Nec quibus incipiat clemens uidet: ordine nec quo:  
Quo ue tenus. prima pudor dat uerba timenti.  
Heret. & attollens uix tandem lumina fatur.  
Quid precor in nostras uenisti thessale terras?

Vnde mei spes ulla tibi? tantosq; petisti  
Cur non ipse tua fretus uirtute labores?  
Nempe ego si patris tenuissem excedere tectis:  
Occideras. nempe hanc animam pars iæua manebat  
Funeris. o ubi iuno. ubi nunc tritonia uirgo:  
Sola tibi quoniã tantis in casibus adsum  
Externæ regina domus miraris & ipse  
Credo. nec agnoscunt hæ nunc æt. da siluæ.  
Sed fatis sum uicta tuis. cape munera supplex  
Non mea. teq; iterum pelias si perdere quæret:  
Inq; alios casus aliasq; immittet ad urbes.  
Heu formæ ne crede tuæ. titania iamq;  
Gramina: perfeasq; sinu depromere uires  
Ceperat. bis iterum compellat iasona d. ctis.  
Si tamen aut superis aliquam spem ponis in ipsis:  
Aut tua presenti uirtus te educere lato  
Si te forte potest. & iam nunc deprecor hospes  
Me sine. & infontem misero dimitte parenti.  
Dixerat. extemplo neq; enim matura iuebant  
Sidera: & extremum sustecerat axe bootem:  
Cum gemitu & multo iuueni medicamina fletu  
Non secus ac patriam pariter famamq; decusq;  
Obicit. ille manu subit. & uim corripit omnem.  
Inde ubi facta nocēs: & non reuocabilis unq;  
Cessit ab ore pudor: propiorq; impleuit erinis:  
Carmina nunc totos soluit: figitq; per artus  
Aesonide: & totum septeno murmure fertur:  
Ter clipeum: atq; uiro grauiorem reddidit hastam.  
Iamq; sui tauris languent absentibus ignes.  
Nunc age. & has inquit cristas galeamq; resumme:  
Quam modo funerea tenuit discordia dextra.  
Hanc iace per medias cum uerteris equora messes.  
Protinus in sese conuersa furoribus ibit  
Cuncta phalanx. atq; ipse fremens mirabitur: & me  
Respiciet fortasse pater. sic deinde locuta

7  
Iam magis atq; magis mentem super alta ferebat  
Se sine. tum uero extremo perculsa dolore  
Arripit aesoniden dextra: ac summissa profatur.  
Sis memor oro mei. contra memor ipsa manebo  
Crede tui q̄tum hinc aberis dic queso profundi  
Quod cæli spectabo latus. sed te quoq; tangat  
Cura mei quocunq; loco quos cunq; per annos.  
Atq; hunc te meminisse uelis. & nostra fateri  
Munera. seruatum pudeat nec uirginis arte.  
Hei mihi cur nulos stringunt tua lumina fletus.  
An me mox merita morituram patris ab ira  
Disimulas. te regna tuæ felicia gentis.  
Te coniunx nateq; manent. ego prodita abibo.  
Nec queror. & pro te lucem quoq; leta relinquam.  
Protinus hospes adest. tacitis nam cantibus illum  
Flexerat: & simili iam dudum addabat amore.  
Tunc ait. æsoniden quicq; te uelle relicta  
Credis: & ulla peti sine te loca. redde tyranno  
Me potius. recipe ingratos atq; exue cantus.  
Quis mihi lucis amor: patriam cur amplius optem:  
Si non & genitor te primam amplectitur aeson.  
Teq; tuo longe fulgentem uellere gaudens  
Spectat: & ad primos procumbit græcia fluctus.  
Respice ad has uoces & iam precor annue coniunx.  
Per te qui superis diuisq; potentior imis:  
Perq; hæc ergo tuo redeuntia sydera nutu:  
Atq; per has nostri uiro discriminis oras  
Unq; ego sim meriti noctisq; nec immemor huius.  
Si te sceptrâ domum: si te liquisse parentes  
Senseris. & mea tum non hæc promissa uidentem  
Tum me non tauros iuuat euasisse: ferosq;  
Terrigenas. tum me tectis tua turbet in ipsis  
Flamma: tu eq; artes. nullus succurrere contra  
Ingrato queat. & si quid tu seuus ipsis  
Adicias: meq; in medio terrore relinquis.



Audit. atq; simul meritis periuria pœnis  
Despondet questus semper furor ultus amantis.  
Hæc ubi dicta: tamen perstant defixus uterq;  
Et nunc ora leuant audaci leta iuuenta:  
Ora simul totiensq; ducis rapientia uisus.  
Deicit hinc uultus eger pudor. & mora dictis  
Redditur. ac rursus conterret iasona uirgo.  
Accipe perdomitis quæ deinde pericula tauris.  
Et quis in æeo maneat te uellere custos.  
Nondum cuncta tibi fateor promissa peregi.  
Sæuior ingenti mauortis in arbore restat  
Crede labor: quem tanta utinam fiducia nostri  
Sit mihi nocturnæq; hecates nostriq; uigoris.  
Dixerat. utq; uirum doceat: quæ monstra supersint:  
Protinus immensis recubantem anfractibus anguem  
Turbat. & hemoniis subito ducis obiicit umbram.  
Ille qd' aut alias stet: & trepidantia torfit  
Sibila: seq; metu postq; sua uellera circum  
Sustulit: atq; omnis spiris exhorruit arbor  
Incipit inde sequi. & uacuo furit ore per auras.  
Quis fragor hic. quæ nam tantæ dic uirgo ruinae  
Exclamat stricto æsonides stans frigidus ense.  
Illa trahit ridens. tandemq; ait angue represso  
Nunc tibi postremum monstris parat ira parentis.  
Heu miser. heu tantis iterum mihi care periculis.  
O utinam: ut nullo te sim uisura labore  
Ipsam cæruleis squalentem nexibus ornum:  
Ipsaq; per uigilis calcantem lumina monstri  
Contingat uix deinde mori. sic fata profugit.  
Seq; sub extremis in menia retulit umbris.  
Et iam puniceo regem spes una sub ortu  
Extulerat. q̄tis nox una diremerit undis  
Æsonidem tibarine fretis: iam uultus aperto  
Vtq; prius totum sileat mare. dumq; ea longe  
Explorare quæat. contra uenit arcas echion

7  
Dicta ferens. iam circeis mauortis in agris  
Stare uirum. daret æripedes in prælia tauros.  
Et uocor en ultro dixit. spesq; addidit aula.  
Vos mihi nunc primum in flammis: mihi uertite tauri  
Aequora. nunc totas aperite & uoluite flammis.  
Exeat hemonio messis memoranda colono.  
Tuq; tuum partim grauium damnata draconem  
Ipsius aspectu pereant in uellera. & ipsa  
Terga mihi diros seruent infecta cruores.  
Fatur. & effusis pandi iubet equora tauris.  
Pars & echionii subeunt immania dentis  
Semina. pars diri portant graue robur aratri.  
At sua magnanimum contra pegasea iuuentus  
Prosequitur. spatioq; ducem tum maxima quisq;  
Dicta dedit. seuusq; procul discessit in agris.  
Fixerat ille gradus. toto q; exagmine solus  
Stabat: ut extremis desertis ab orbibus axis:  
Quem iam lapsa dies austriq; ardentis harene  
Aut quem ripheas extantem rursus ad arces  
Nix & cerulei boreæ ferus abstulit horror.  
Cum subito attoniti. longissima phasidis unda:  
Caucasæq; trabes: omnisq; ætia tellus  
Fulsit. & ardentes stabula effudere tenebræ.  
Ac uelut ex ima si quando nube corusci  
Ira iouis torfit geminos mortalibus ignes:  
Aut duo cum piter ruperunt uincula uenti:  
Dantq; fugam. sic tunc claustris euasit uterq;  
Taurus. & immani proflauit turbine flammis  
Arduus: atq; atro uoluens incendia fluctu  
Horruit argæ legio ratis. horruit audax  
Qui modo uirginis seruari cantibus idas  
Flebat: & inuito prospexit colchida uultu.  
Non tulit ipse moras. seseq; immisit iason:  
Diuerfos postq; ire uidet: galeamq; minantem  
Quassat: & errantem dextra ciet obuius ignem.



Vt tandem stetit: & toruo se lumine flexit:  
Qui prior aduersi respexit iasonis arma  
Cunctatus paulum subito furit. æquora non sic  
In scopulos irata ruunt. eademq; recedunt  
Facta retro. bis fulmineis se flatibus infert:  
Obnubiq; uirum. sed non incendia coctis  
Adspirare sinit. clypeoq; illuditur ignis  
Frigidus & uiso pallefcit flamma ueneno.  
Inicit ælonides dextram. atq; ardentia mittit  
Cornua. dein totis propendens uiribus heret.  
Ille uirum: atq; ipsam tunc te medea recusans  
Concutit. & tota nitentem carminis ira  
Portat iners. tandem grauius mugire recedens  
Incipit. & fesso uictum descendere cornu.  
Respicit hinc sotios imania uincula poscens  
Æsonides. iam ꝑ ora premit. trahiturq; trahitq;  
Obnixusq; gelu superat. cogitq; trementes  
Sub iuga abena toros. alium de hinc turbida colchis  
Exarmat. lentum q; offert: timidaq; minantem.  
Iamꝑ propinquanti noctem implicat ille fatiscens  
In caput inꝑ humeros. ipsa ui molis & iræ  
Proruit. in uadit. totusq; incumbit iason  
Desuper. atq; suis defixum flatibus urget.  
Vtq; dedit uinclis: ualidoq; obstrinxit aratro  
Suscitat ipse genu: seuaq; agit in super hasta.  
Non secus ac medio q; si telluris biatu  
Terga recentis equi: primumq; inuasit habenis  
Murmur: & in summa lapites apparuit ossa.  
Ille uelut campis libyes ac pingua nili  
Fertilis arua secet: plena sic semina dextra  
Spargere gaudet. acri oneratq; noualia bello.  
Martius hic primum ter uomere fusus ab ipso  
Clangor. & ex omni sonuerunt cornua sulco.  
Bellatrix tunc gleba quatit. pariterq; creari  
Armariq; phalanx: totisq; in surgere campis.

Cessit: & ad sotios paulum se rettulit heros  
Opperiens: ubi prima sibi dare germina tellus  
At uero ut summis iam rura recedere cristis  
Vidit: & infesta uibrantes casside terras  
Aduolat. atq; ima tellus qua ꝑxima collo  
Nec dum humeri uidere diem: prior ense sequaci  
Equat humo truncos rutilum tribraca sequenti.  
Aut primas a matre manus premit obuius ante.  
Nec magis aut illis aut illis milibus ultra  
Sufficit: ac diræ q; cum tirythius hydræ  
Agmina palladios defessus respicit ignes.  
Ergo iter ad sotios conuertere colchidos artes  
Et galee nexus: ac uincula dissipat imæ.  
Cunctaturq; tamen: totiq; occurrere bello  
Ipse cupit. spes nulla datur. sic undiq; densant  
Terrigenæ iam signa duces clamore tubæq;  
Iamꝑ omnes uidere uirum. iamꝑ omnia contra  
Tela iuuant. tum uero amens discrimine tanto:  
Quam modo tartareo galeam medea ueneno  
In medios torsit conuersæ protinus hastæ.  
Qualis ubi acto mæste phrygia agmina matris  
Ira uel exectos lacerat bellona comatos:  
Haud secus accensas subito medea cohortes  
Implicat. & miseros agit in sua prelia fratres.  
Omnis ubi æsoniden sterni putat. omnibus ira.  
Talis erat. stupet: ætes. ultroq; furentes  
Ipse uiros reuocare cupit. sed cuncta iacebant  
Agmina. nec quisq; primus ruit. haud super ullus  
Inquitur. atq; hausit subito sua funera tellus.  
Protinus in fluuium umantibus euolat armis  
Æsonides. qualis gethico de puluere maors  
Intrat equis: uirtq; grauem sudoribus hebrum.  
Aut niger ex antris rutiliq; a fulminis estu  
Cum furit: & sicco respirat in æquore cyclops.  
Redditus hic tandem: sotiosq; amplexus ouantes



Haud tam mendacem promissa reposcere regem  
Dignatur. nec si ipse sibi terga ingerat ultro:  
Qui pepigit uelit in pacem dextramq; reuerti  
Amplius. ambo truces. ambo abscessere minantes;

Trepidâ in talamis etiam sua facta pauetê  
Colchida circa omês pariter furiaq; minaq;  
Patris habêt. nec cerulei timor æquoris ultra  
Nec miseræ terra ulla procul. quascunq; p umbras  
Ferre fugam: quam cumq; cupit iam scandere puppê.  
Vltima uirgineis tunc flens dedit oscula uitis:  
Quosq; fugit complexa thoros. crimenq; genasq;  
Ante per antiqui carpsit uestigia somni.  
Atq; hæc impresso gemuit miseranda cubili.  
O mihi si pfugæ genitor nunc ille supremos  
Amplexus æta dares. Aetufq; uideres  
Ecce meos. nec crede pater. non carior ille est:  
Quem sequimur. tumidis utinam simul obruar undis.  
Tu precor hæc longe placidus mox sceptrâ senectæ  
Tuta geras. meliorq; tibi sit cætera proles.  
Dixit. & hæmonio nunq; spernenda marito  
Condita letiferis prodit medicamina cistis:  
Virgineosq; sinus: ipsumq; monile uenenis  
Implicat. ac seuum super omnibus addidit ensẽ.  
Inde uelut torto furiarum erecta flagello  
Profilit: attonito qualis pede profilit imo  
Infreta. nec parui meminuit conterrita nati:  
Quem tenet extremum coniunx. ferit irritus isthmo.  
Iam prior in lucos curis urgentibus heros  
Venerat: & nemoris sacra se nocte tegebat.  
Tum quoq; sydereâ clarus procul ora iuuenta:  
Qualis adhuc sparsis comitum per lustra cateruis

8  
Lennius estiuâ res. det uenator in umbra:  
Dignus amore deæ uelatis cornibus & iam  
Luna uenit. roscō talis per nubila ductor  
Implet honore nemus: talemq; expectat amantem.  
Ecce autem pauidæ uirgo de more columbæ:  
Quæ super ingenti circumdata prepetis umbra  
Inquencunq; tremens hominem cadit. haud secus illa  
Acta timore graui mediam se misit. at ille  
Excepit. blandoq; prior sic ore locutus.  
O decus in nostros magnum uentura penates:  
Solaq; tantarum uirgo haud indigna uiarum  
Causa reperta mihi. iam iam non nulla requiro  
Vellera. teq; meæ satis est uexisse carinæ.  
Verum age & hoc & iam quando potes adice tantis  
Muneribus meritq; tuis. namq; aurea iussi  
Terga referre sumus. lotios ea gloria tangit.  
Sic ait. & primis supplex dedit oscula palmis.  
Contra uirgo iterum notis singultibus orsa est.  
Linquo domos patrias te propter opesq; meorum.  
Nec iam nunc regina loquor. sceptrisq; relictis  
Vota sequor. serua hanc. profugæ prior ipse dedisti  
Quem scis nempe fidem. dii nostris uocibus adsunt.  
Syderaq; hæc te meq; uident. tecum equora tecum  
Experiar quascunq; uias: modo nequis ab actam  
Huc referat me forte dies. oculisq; parentis  
Ingerat. hoc superos hoc te quoq; deprecor hospes.  
Hæc ait atq; furens rapida per deuia passu  
Tollitur. ille heret comes. & miseratur euntem:  
Cum subito ingentem media inter nubila flammam  
Conspicit: & seua uibrantes luce tenebras  
Quis rubor iste poli. qd' tam lugubre refulxit  
Sidus ait. reddit trepido cui talia uirgo.  
Ipsius en oculos & lumina torua draconis  
Aspicias. ille suis hæc uibrat fulgura cristis.  
Meq; pauens contra solam uidet. aduocat ultro:



Ceu solet: & blanda poscit me pabula lingua.  
Dic age nunc utrum uigilanti hostemq; uidenti  
Exuias auferre uelis. an lumina somno  
Mergitur & domitum potius tibi tradimus anguem.  
Ille silet tantus. subiit ut uirginis horror  
Iamq; manus colchis crinemq; intenderat astris  
Carmina barbarico fundens pede. teq; ciebat  
Somne pater. somne omnipotes te colchis ab omni  
Orbe uoco inq; unum iubeo nunc ire draconem.  
Quæ freta sæpe tuo domui: quæ nubila cornu.  
Fulmina quæ & toto quicquid micat ethere sed nunc  
Nunc age maior ades: fratriq; similime leto.  
Te quoq; phryxæ pecudis fidissime custos  
Tempus ab hac oculos tandem deflectere cura.  
Quem metuis me instante dolum. seruabo parump  
Ipsa nemus. longum interea tu pone laborem.  
Ille haud æolio discedere fessus ab auro  
Nec dare permissæ quis iubet ora quieti  
Sustinet. ac primi percussus nube soporis  
Horruit. & dulces excussit ab arbore somnos.  
Contra tartareis colchis spumare uenenis:  
Cunctaq; lætei quassare silentia rami  
Perstat. & aduerso luctantia lumina cantu  
Horruit. atq; omnem linguaq; manuq; fatigat  
Vim stygiam. ardentes donec sopor occupat iras.  
Iamq; altæ cecidere iubæ nutatq; coactum  
Iam caput: atq; ingens extra sua uellera ceruix.  
Ceu refluens padus: aut septem proiectus in æmnes  
Nilus: & hesperium ueniens alpheus in orbem.  
Ipsa caput cari postq; medea draconis  
Vidit humi: fuis circum proiecta lacertis:  
Se sæuumq; simul fleuit crudelis alumnum.  
Non ego te fera talem sub nocte uidebam  
Sacra ferens: epulasq; tibi nec talis hianti.  
Mella dabam: ac nostris nutribam fida uenenis.

Quam grauida nunc mole iaces. quam segnis inertem  
Hiatus habet. nec te saltem miserande peremi.  
Ne seuum passura diem. iam nulla uidebis  
Vellera. nulla tua fulgentia dona sub umbra.  
Cede adeo. inq; alius senium nunc d'gere lucis  
Immemor oro mei. nec me tua sibila toto  
Exagitent infesta man. sed tu quoq; cunctas  
Aesonide dimitte moras. atq; effuge raptis  
Velleribus. patrios extinxi noxia tauros.  
Terrigenas infesta dedi. fuscum ecce draconis  
Corpus habes. iamq; omne nefas: iam spero peregi.  
Querenti tunc deinde uiam: qua se arduus heros  
Ferret ad aurigeræ caput arboris. eia per ipsum  
Scande age. & aduerso gressus ait imprime dorso.  
Nec mora fit dictis. fidens cretheia proles  
Calcat. & aeream quis p' fertur ad ornum:  
Cuius adhuc rutilam seruabant brachia pellem  
Nubibus accensis similem: aut cum ueste recincta  
Labitur ardenti taumantias obuia phœbo.  
Corripit optatum decum. extremumq; laborem  
Aesonides. longosq; sibi gestata p' annos  
Phryxæ monumenta fugæ. uix reddidit arbor  
Cum gemitu. tristeq; sup coiere tenebræ.  
Egressi relegunt campos. & fluminis ora  
Summa petunt. micat omnis ager. uillisq; comantem  
Sydereis totos pellem nunc fundit in artus.  
Nunc in colla refert. nunc implicat ille sinistra.  
Talis ab inachiis nemeæ tiryntius antris  
Ibat adhuc aptans humeris capitiq; leonem.  
Ut uero sotis: qui tunc predicta tenebant  
Ostia: p' longas apparuit aureus umbras:  
Clamor ab hemonio surgit grege. se quoq; gaudens  
Promouet ad primas iuueni ratis obuia ripas.  
Precipites agit ille gradus. atq; aurea misit  
Terga prius. mox attonita cum uirgine puppem.





Insilit. ac rapta uictor consistit in hasta.  
 Interea patrias seuus uenit horror ad auras  
 Fata domus luctumq; ferens fraudemq; fidemq;.   
 Fundere non uno tantum quem flumina cornu  
 Accipimus. septem exit aquis. septem hostia pandit.  
 Illius addi si nunc ora petamus & undam.  
 Sed lacus in leuum ponti cadit. inde sequemur  
 Ipsius amnis iter. donec nos flumine certo  
 Perferat. inq; aliud reddat mare. sint age tanti  
 Aesonide quecunq; moræ: quam sæua subire  
 Saxa iterum: quam cyaneos prumpere montes.  
 Sat mihi non totis argor redit ecce corymbis.  
 Hæc ait ignarus fixas iam numine rupes  
 Strere: aduersis ultra concurrere saxis.  
 Reddidit æsonides. & te fidissime rector  
 Haud uani tetigere metus. nec me ire recuso  
 Longius: & cunctis redeuntem ostendere terris.  
 Protinus inde alios flectunt regesq; locosq;.   
 Adsuetumq; petunt plaustris migrantibus equor.  
 Puppe procul summa uigilis post tergæ magistri  
 Heferat auratæ genibus medea mineræ.  
 Atq; ibi deiecta residens in lumina palla  
 Flebat adhuc: q̄q̄ hemoniis cum regibus iret.  
 Sola tamen: nec coniugii secura futuri.  
 Illam sarmatici miserantur littora ponti.  
 Illa thocantæ transit deflexa dianæ.  
 Nulla palus. nullus scythiæ non meret euntem  
 Amnis. hypboreas mouit conspecta pruinas.  
 Tot modo regna tenens. ipsi quoq; murmure ponti.  
 Iam minye iam ferre uolunt. uix alleuat ora.  
 At seras si quando dapes: quas carus iason  
 Iose dabat iam nubiferam transire carambin  
 Significans. iam regna loci. totiensq; gementem  
 Fallit: ad hemonios hortatur surgere montes.  
 Insula sarmaticæ peucæ stat nomine nympæ:

J

Toruus ubi & ripa semper metuendus utraq;  
 Infreta per seuos iter descendit alumnos.  
 Soluere in hoc tandem relides dux littore curas:  
 Ac primum sotios ausus sua pacta docere.  
 Promissamq; fidem thalamis: fedusq; iugale.  
 Vltro omnes leti instigant: meritamq; fatentur.  
 Ipsa autem in uitæ iam pallados erigit aras.  
 Incipit id aliæ numen nec spnere diuæ.  
 Precipueq; sui si quando in tempore pulcher  
 Coniugii minias nunq̄ magis eminent inter:  
 Qualis sanguineo uictor gradiuus ab hebro  
 Id alium furto subit aut dilecta cythera.  
 Seu cum celestes alcide inuifere mentas  
 Iam uacat: & fessum iunonia sustinet hebe.  
 Adsunt unanimes uenus hortatorq; cupido.  
 Suscitatur affixam mestis ætida curis.  
 Ipsa suas illi croceo sub tegmine uestes  
 Induit. ipsa suam duplicem cytherea coronam  
 Donat. & arsuras alia cum uirgine gemmas.  
 Tum nouus impleuit uultus honor. ac sua flauis  
 Reddita cura comis graditurq; oblita malorum.  
 Sicubi mygdonios planctis sacer abluit almo.  
 Lætæq; iam cybele fedaq; per oppida tedæ.  
 Quis modo iam seuos adytis fluxisse cruores  
 Cogitet: aut ipsi qui iam meminere ministri.  
 Inde ubi sacrificas con coniuge uenit ad aras  
 Aesonides imaq; adeunt. pariterq; precari  
 Incipiunt: ignem pollux undamq; iugalem  
 Pretulit: ut dextrum pariter uertantur in orbem.  
 Sed neq; se pingues tum candida flamma p auras  
 Explicuit. nec tura uidet concordia mopsus.  
 Promissam nec stare fidem. breue tempus amorum.  
 Odit utrumq; simul: simul & miseratur utrumq;.   
 Et tibi iam nullos optauit barbara natos.  
 Mox epulas & sacra parant siluestria leti



Premia uenatu facili quesita supersunt.  
Pars uerubus pars undanti despumat haeno.  
Gramineis ait inde toris discumbitur. clim  
liter anbelantem peucen quo presserat antro.  
Ipsi inter medios rosea radiante iuuenta  
Altius: inq; sui sternuntur uelleris auro.  
Quis nouus inceptos timor impedit bymenæos:  
Turbauitq; toros: & sacra calentia rupit  
Absyrtus. subita preceps cum classe parentis  
Aduerbitur profugis in festam lampada grais  
Concutiens: diramq; premens clamore sororem.  
Atq; hanc o si quis uobis dolor iraq; colchi  
Adcelerate fugam. neq; n. fugit æquore raptor  
Iuppiter: aut falsi sequimur uetigia tauri.  
Puppe nefas ima predo phryxea reportat  
Vellera. qua libuit remeat cum uirgine nobis.  
O pudor. & muros & stantia tecta reliquit.  
Quid mihi deinde satis nec quero uellera. nec te  
Accipio germana datam nec federis ulla  
Spes erit aut iræ quisq; modus inde reuerti  
Patris ad ora mei. tam paruo in tempore fas sit.  
Quinquaginta animæ me scilicet unaq; merfa  
Sufficiet placcare ratis. te græcia fallax  
Persequor. atq; tuis hunc quasso menibus ignem.  
Nec tibi digna soror desum ad cõnubia frater.  
Primus & ecce fero quatioq; hanc lampada uestra  
Coniugio. primus celebros dotalia sacra  
Qui potui. patriæ ueniam da queso senectæ.  
Quin omnes alti pariter populiq; patresq;  
Mecum adsunt. magni uirgo ne regia solis  
Hemonii talamos adeas despecta mariti.  
Tot decuit coire rates. tot fulgere tedas.  
Dixerat. atq; orans iterum uentosq; uirosq;  
Perq; ratis supplex uox remigis illa magistros.  
Illi autem in torquent truncis frondentibus undam.

5  
Quæq; die fuerat raptam formata sub imo:  
Et tantum deiecta suis a montibus arbor.  
Quid dolor & ueterum pctuit non ira uirorum.  
Haud longis iam distat aquis. sequiturq; uolantem  
Barbara palladium puppem ratis: hostia donec  
Danubii uiridemq; uident ante hostia peucen:  
Ultimaq; agnoscunt argoi cornua mali.  
Tum uero clamorem omnes. inimicaq; tollunt  
Gaudia. tum grauior remis fragor: ut procul ærgo  
Visa uiris. unamq; petunt nostra omnia puppem  
Princeps naualem nodosi roboris uncum  
Adripit. & longa stirus prospectat ab unda.  
Coniugio atq; iterum sponsæ flammatus amore.  
Iamq; alii clypeos & tela trabalia dextris  
Expediunt. armant alii picis unguine flammæ  
Impatiens tremit hasta moræ. nec longius inter  
Quam qd' tela uetet superest mare. uocibus urgent.  
Interea & pedibus pulsant tabulata frementes:  
Cum subitas uidere rates. uibrataq; flammis  
Aequora non una minyæ formidine surgunt.  
Primus & in puppem deserta uirgine ductor  
Profilit & summa galeam rapit altus ab hasta.  
Ense simul clypeoq; micat. nec cætera pubes  
Segnius ad reptis in litore constitit armis.  
At tibi quæ scelerum facies medea tuorum:  
Quis ue pudor colchos iterum fratremq; uidenti  
Quicquid & abscissum uasto iam tuta profundo  
Credideras. ergo in fausto sese occulit antro  
Non aliud q̄ certa mori. seu carus iason:  
Seu frater graia uictus cecidisset ab hasta.  
Haud ita. sed summo segnis sedet æthere iuno.  
Haud sinit. extrema minias decernere pugna.  
Nec numero quoniam colchis nec puppibus equos  
Ergo ubi diua rates hostemq; accedere cernit  
Ipsa subit terras. tempestatumq; refringit



Ventorumq; domos uolucrum gens turbida fratꝝ  
Erumpit classem dextra saturnia monstrat  
Videre. inq; imum pariter mare protinus omnes  
Infesto clamore ruunt. inimicaq; colchis  
Aequora. & aduersos statuunt a littore fluctus.  
Tollitur: atq; intra minias argoq; uela  
Stirus abit. uasto rursus desidit biatu  
Abrupta reuolutus æqua. iamq; omnis in astra  
Itq; reditq; ratis. lapsq; reciproca fluctu  
Descendit narathos uertex. hos agmine toto  
Gurges agit. simul in uultus micat undiq; terror.  
Crebra ruina poli celestia lumina laxat.  
Non tamen ardentis stiri uiolentia cedit.  
Hortatur sotios. media inter prelia diuum  
Transferet ergo meas in quæ uolet oppida dotes  
Colchis. & hemonius nobis succedet adulter.  
Nec mihi: tot magnos inter regesq; procosq;  
Profuerit. prona baud dubii sententia patris:  
An uirtus prelata uiri est. & fortior ille:  
Quem sequitur. iungã igniferos sine carmine tauros.  
Sæuaq; ecbionii ferro sata persequar hydri.  
Hoc adeo interea spectans de littore pugnas  
Amborum aictoris eris. iam digna uidebis  
Prelia. iamq; illud carum caput ire cruenta  
Sub freta semiuiri. nec murra corpus achiui  
Sed pice sed flammis: & olentis sulphure crines.  
Vos modo uel solum hoc fluctus expellite corpus  
Non te cæta pater generi aut sol magne pudebit.  
Fallor. an hos nobis magico nunc carmine uentos  
Ipsa mouet. diraq; leuat maria ardua lingua.  
Atq; iterum esonides: iterum defenditur arte  
Qua solet. aut illi cantus. & futile murmur  
Proderit. ite rates. & frangite uirginis undam.  
Dixit. & in tortis sotio cum milite remis  
Profilit. ac fluctu puppis labefacta reuerso

3  
Solutur: effunditq; uiros: ipsumq; minantem.  
Tunc quoq; & elata querentem littora dextra  
Ibat & arma ferens: & strictum naufragus ensem.  
Incipit & remos: & querere transtra soluta  
Sparsa ratis. mestas altis intendere uoces  
Puppibus. ast inter tantos succurrere fluctus  
Nulla potest. aut illa uelit. quotiensq; propinquat:  
Tunc aliud rursus dirimit mare. iam tamen errat.  
Iamq; abiit fundoq; iterum uiolentus ab imo  
Erigitur. sed fluctus adest magnoq; sub altis  
Turbine figit aquis. & tandem uirgine cessit.  
Absyrtus uisu meret defixus acerbo.  
Nec quid agat: qua ui portus. & prima capestat  
Ostia: qua possit minyas inuadere clausos.  
Quos uidet agnoscitq; tremens. maria obuia contra  
Seuaq; pugnat hyems: totusq; in uertice pontus.  
Abscessit tandem: uanaq; recedit ab ira.  
Et tanta de clade rates. latus inde sinistrum  
Aduersamq; procul peuces defertur in oram:  
Cum sotii: gemino nam scinditur insula flexu  
Danubii. ac dudum minyæ pegaseaq; puppis  
Instatione manent. illic cætius heros  
Obsidet aduersa tentoria thessala classe  
Impatiens: pugnaq; datur non ulla potestas.  
Noctes atq; dies uastis mare fluctibus inter  
Perfurit. expediant donec iunonia sese  
Consilia. atq; aliquem bello ferat anxia finem.  
At minyæ tanti reputantes ultima belli  
Virginis hinc subitis inflexit frater in armis.  
Urbs etiam mox tota coit. uolat ipse senectæ  
Immemor cætes. complentur littora bello.  
Ne quicq; fugit immisissis nam puppis habenis.  
Mater adhuc ambas tendebat in æquora palmas:  
Et soror: atq; omnes alie matresq; nurusq;  
Colchides. equalesq; tibi medea puelle.



Extat sola parens. impletq; ululatus auras.  
Siste fugam. medio refer buc ex æquore puppem.  
Nata potes. quo clamat abis. hic turba tuorum  
Omnis. & iratus nondum. pater hæc tua tellus  
Sceptraq; quid terris solam te credis acheis?  
Quis locus in achias inter tibi barbara natus?  
Isti ne nota domus? expectatiq; bymænei?  
Hunc petii grandeua diem. uellem unguibus uncis  
Ut uolucris possem predonis in ipsius ora  
Ire. ratemq; supra claroq; reposcere cantu:  
Quam genui. albano fuit hæc promissa tyranno.  
Non tibi nil tecum mihi pepigere parentes  
Aesonide. non hoc pelias euadere furto  
Te iubet: aut ullas colchis abducere natus.  
Vellus habe. & nostris siquid sup accipe templis.  
Sed quid ego quenq; in meritis incuso querelis.  
Ipsa fugit. tantoq; nefas ipsa ardet amore.  
Hoc erat in felix. redeunt nam singula menti:  
Ex quo thessalici subierunt equora remi.  
Quo d nullæ te nata dapes: non ulla iuuabant  
Tempora: non ullus tibi tum color: egraq; uerba:  
Errantesq; genæ: atq; alieno gaudia uultu  
Semper erant. cur tanta mihi non prodita pestis:  
Ut gener æsonides nostra consideret aula?  
Nec talem paterere fugam? comune fuisset:  
Aut certe nunc omne nefas. iremus & ambæ:  
In quascunq; uias pariter petisse iuaret:  
Thessaliam: & seui quecunq; est hospitis urbem.  
Sic genitrix. similiq; implet soror omnia questu  
Exululans. famulæ piter clamore supremo  
In uacuos dant uerba notos. dominamq; reclamant  
Nomine. te uenti procul & tua fata ferebant.  
Inde diem: noctemq; uolant. redeuntibus aura  
Gratior: & notæ miniis transcurrere terræ:  
Cum subito erginus puppi sic fatur ab alta.

Vos ait a sonide contenti uellere capto:  
Nec uia qua superet: nec quæ fortuna uidetis  
Crastina namq; dies trucidis ad confinia ponti  
Cyaneasq; uocat. meminiq; o tiphby tuorum  
Saxa per illa pater: memini uenerande laborum.  
Mutandum o sotii nobis est iter. altera ponti  
Eluctanda uia. & cursu: quem fabor eundum est.  
Haud procul hinc ingens scythici ruit exitus istri.  
Vrgent & precibus cuncti: fremituq; fatigant  
Aesoniden. quid se externa pro uirgine clausa  
Obiiciat. quid ue illa pati d. discrimina cogat.  
Respiceret pluresq; animas. maioraq; fata  
Tot comitum: qui non furiis: nec more nefando  
Per freta: sed sola sese uirtute sequantur.  
An uero ut thalamis raptisq; indulgeat unus  
Coniugiis: id tempus n. sat uellera grais  
Et posse ob'ata componere uirgine bellum.  
Quemq; suas sinit ire domos. nec Marte cruento  
Europam atq; asiam prima hæc commutet erinyis.  
Namq; datum hoc fati trepidus supplexq; canebat  
Mopsus: ut in seros irent magis ipsa nepotes.  
At alius lueret tam dira incendia raptor.  
Ille trabens gemitum tantis ac uocibus impar  
Quamq; iura deum est: acris ubi consia pacti  
Religio dulcisq; mouent. primordia tedæ  
Cunctatur. mortemq; cupit sotiamq; pericli  
Cogitat. aut ultra sotius obsistere pergit.  
Hæc ubi fixa iuris: tempus fluctusq; quietos  
Expectant. ipsam interea quid restet amantem  
Ignorare sinunt. decretaq; tristia seruant.  
Sed miser ut uanos ueros. ita sæpe timores  
Versat amor. falliq; sinit nec uirginis annos.  
Ac prior ipsa dolos. & quam libet intima sensit.  
Non fidi iam signa uiri nimiumq; silentes  
Vna omnes. haud illa sui tamen immemor unq;



Nec subitis turbata nimis. prior occupat unum  
Aesoniden. longeque trahit. mox talibus infit.  
Me quoque uir tecum minyæ fortissima pubes  
Nocte dieque mouent. liceat cognoscere tandem:  
Si modo peliæ non sum captiua carinæ.  
Nec dominos decepta sequor. consultaque uestra  
Fas audire mihi. uereor fid. ss. me coniunx  
Nil equidem. miserere tamen: pmissaque serua  
Usque ad thessalicos saltem connubia portus.  
Inque tua me spne domo. scis te mihi certe  
Non sotios iurasse tuos. his reddere forsan  
Fas habere. tibi non eadem premissa potestas.  
Teque simul mecum ipsa traham. non sola reposcor  
Virgo nocens. atque huc pariter rate fugimus omnes.  
An fratris te bella mei: patriæque biremes  
Terrificant: magnoque impar urgeris ab hoste.  
Finge rates alias: & adhuc maiora coire  
Agmina. nulla fides? nullis ego digna periclis?  
Non merui mortemque tuam comitumque tuorum.  
Vellem equidem nostri tetigissent littora patris  
Te sine. duxque illis alius quicumque fuisset.  
Nunc remeant. meque ecce nefas & reddere possunt.  
Nec spes ulla super. quin tu mea respice saltem  
Consilia. & nimio comitum ne cede timori.  
Reddidit ardentem qui se tunc iungere tauros  
Posset. quis ad seui uenturum templa draconis.  
O utinam ergo meus pro te non omnia posset:  
Atque aliquid dubitaret amor. quin nunc quoque quere  
Nescio quid. tuus iste pudor. mene optime quondam  
Aesonide. me ferre preces. & supplicis ora  
Fas erat. haud hoc nunc genitor putat: aut dare penas  
Iam sceleris: dominumque pati. sic fata parantem  
Reddere dicta uirum: furiatamte refugit  
Vociferans. qualem ogygiæ cum tollit in arces  
Bacchus: & aoniis illidit tympana truncis.

Talis erat. talemque iugis se uirgo ferebat.  
Cuncta pauens. fugit infestos uibrantibus hastis  
Terrigenas. fugit ardentem exterrita tauros.  
Si pagasas uel peliæcas hinc denique nubes  
Cerneret: & tempe uiridi lucentia fumo  
Hoc uisu contenta mori. tunc tota querelis  
Egeritur. questuque dies eademque sub astris  
Sola mouet: mœstis ueluti nox illa sonaret  
Plena lupis: quaterentque truces ieiuna leones  
Ora: uel orbate traherent suspiria uacce.  
Procedit non gentis honos non  
Soli aui. non barbaricæ decor ille iuuentæ.  
Quid dubitas. heu dure siles. magnumque minatur.  
Qualis erat: cum chaonio radiantia luco  
Vellera uexit ouans. interque ingentia grauium  
Nomina palladia uirgo stetit altera prora.  
Mestus & ille minis: & nota colchidos ira  
Heret. & hic presens pudor. hic decreta suorum  
Cura premunt. ut cunquæ tamen mulcere gementem  
Temptat. & ipse gemens & tempora currere dictis  
Mene aliquid meruisse putas: me talia uelle;

? FINIS ?

BONONIAE IMPRESSVM PER ME VGONEM  
RUGGERIVM. ET DONINVM BERTOCHVM  
REGIENSES ANNO DOMINI. M. CCCC. LXX  
III. DIE. SEPTIMA: MADI; LAVS. DEO:  
: ; AMEN; :

